καὶ πονηροὺς, ζηλῶν ἐπὶ τούτῳ Θεὸν τὸν ἀνατέλλειν ποιοῦντα ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. Πῶς οὖν οὐκ ἂν ἀγαθὴν βουλοίμην τοῖς Χριστιανοῖς τούτοις ; Πῶς τὸ τῶν Ῥωμαίων γένος, τὸ τὸν ἐσταυρωμένον Χριστὸν προσκυνοῦν, ᾧ γε καὶ ἡ παλαιὰ καὶ νέα Διαθήκη καὶ ἀναγινώσκει, καὶ ἕπεται, οὐκ ἂν θείην ἐν μέσῳ τῆς καρδίας μου, δι' ὃν οὔθ' αἵματι ἀνθρωπίνῳ λυθροῦται μάχαιρα, οὔτε μὴν κακὸν ἀντὶ κακοῦ, μᾶλλον δ' ἀγαθὸν ἀντὶ πονηροῦ ἀποδίδοται ; Διὰ τοῦτο παρακαλῶ τὴν σὴν δουκικὴν ἐξουσίαν, ἵνα τὸν τοιοῦτον βασιλέα Ἰωάννην, τὸν χάριν Θεοῦ μεθερμηνευόμενον, ἐν μεγάλοις φιλίας τάττῃς θεσμοῖς, καὶ μηδὲν κατ' αὐτοῦ καινότερον ἢ πράττειν, ἢ ἀκούειν. Οὕτως γὰρ ὁ Ἰωάννης χάρις λέγεται, καὶ εἰκότως, πᾶσι χαρίεις γε ὤν· καὶ μετὰ τοῦ Ἀποστόλου δυνάμενος λέγειν, « Χάριτι Θεοῦ εἰμι ὅ εἰμι· καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐν ἐμοὶ κενὴ οὐ γέγονεν, ἀλλὰ διὰ παντὸς ἐν ἐμοὶ μένει. » Ἐπεὶ γὰρ ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται, καὶ ὁ καρπὸς ἐκ τοῦ δένδρου λαμβάνει τὸν ἔπαινον, πέποιθα ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει, ὡς ὁ προρρηθεὶς βασιλεὺς ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν ἀγαθῶν ἔργων γνωσθήσεται. Καὶ γὰρ παντὸς τοῦ αὐτῷ γε ἀναφέροντος μακροθύμως ἀκούει, ἐπιεικῶς ἀποκρίνεται, σοφῶς ἐξετάζει, κρίνει δικαίως. Ταῦτά ἐστι τὰ τέσσαρα ἅπερ οἱ βασιλεύοντες κατέχειν ὀφείλουσιν ἐπιμήκιστον· αὗταί εἰσιν αἱ ἀρεταὶ αἱ ζητούμεναι ἐν ταῖς τῶν σοφῶν πρυτάνεων ἀρχαῖς· περὶ ὧν Πλάτων ὁ φιλόσοφος λέγει, εὐδαίμονα τὰ τῶν πραγμάτων δημόσια εἶναι ὁπηνίκα οἱ τούτων διοικηταὶ σοφίᾳ κεκόσμηνται. Ἧς δὴ σοφίας μέγα τὸ ἀξίωμα, ἣ δὴ καὶ τὸν Ἀθηναῖον Σωκράτην τῷ ἄκρῳ Θεῷ ἴσον παρῴκησεν. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐλπίδας φέρω, ὡς ἡ βασιλεία τούτου ἔσται ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν εἰρήνης, καὶ τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἀποσόβησις, ἔσται ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης τοῦ λαοῦ δι' ἔλεον τοῦ ὑπηκόου παντὸς, ὡς γέγραπται ἐν τῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ τῶν Παροιμιῶν, « Ἔλεος καὶ ἀλήθεια τηροῦσι τὸν βασιλέα, καὶ στερεωθήσεται ἐν δικαιοσύνῃ ὁ θρόνος αὐτοῦ. » Ταῦτα μὲν ἔγραψε καὶ πρὸς Ἰνιμπέρτον ταῦτα δὲ ἡμῖν οὐκ ἀργῶς, οὐδὲ ἀκαίρως παρείλη-

[13] I Cor. xv, 10. [14] Prov. xx, 28.

Jacobi Pontani notæ.

(74) Quatuor virtutes a principe requirit, humanitatem in audiendo, lenitatem in reprehendendo, prudentiam sive sapientiam in inquirendo, justitiam in judicando. Humanus, lenis, sapiens, justus sit imperator oportet. Sed nihil tam ei proprium, quam justitia, cujus fruendæ causa videri olim bene moratos reges constitutos ait Herodotus, et ex eodem Cicero II *De offic.* Hanc unam, quia potissima, in Didone regina memorat Ilioneus orator apud Maronem, I *Æneid.* cum ait, Jovem ei dedisse,

Justitia gentes frenare superbas.

(75) Celeberrima sententia Platonis, in primo de republica, et epist. 7, ad Didonis propinquos. Platonis, inquam, principis arcani et doctrinæ, ut ait Cicero epist. 1, lib. I, ad Quintum, ubi eam eidem Quinto fratri suo proponit. Hanc semper in ore habebat imperator M. Antoninus cognomento Philosophus. Spartianus Senera prologo epist. : *A sapientibus sancita est sententia, illud beatum esse regnum, cujus principem contigerit sapientiæ habere studium.*

(76) Pro portione et captu scilicet humanæ naturæ, et quo pacto secundum alia, ita etiam secundum sapientiam qua Deum imitantur, homines dii vocari suo modulo possunt. Vere autem omnis nostra sophia non nisi philosophia est, quod Pythagoras volebat, qui se primus non σοφὸν, sed φιλόσοφον, esse Leonti Phliasiorum tyranno respondit. Et quemadmodum nemo bonus, nisi solus Deus, sic nemo sapiens, nisi solus Deus, idemque sapientiæ dux et emendator.

(77) Per Ismaelitas puto intelligi Turcas, qui cum e Persis oriundi, et Persæ ab Ismaele, non male sic appellantur.

(78) Latina translatio non habet nisi triginta capita. Forsan sectiones nomine κεφαλαίων intelligit, quarum unius libri solent esse quam plurimæ, ut etiam nostræ historiæ erant, quas in capita constrinximus. Scriptum est autem hoc cap. 2.

ται πρὸς τὴν ἱστορίαν, ἀλλ' ἵν' ἐπιδείξωμεν ὡς διὰ τῶν εἰς βασιλέα τουτονὶ ἐπαίνων μαρκέσης ἐκωλύθη μὴ Ῥωμαίοις στόλῳ μεγάλῳ ἐπιέναι. Πρότερον γὰρ ἀκούοντες περὶ βασιλέως πολλὰ καὶ δεινὰ πάντες ὁμοίως καὶ οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν δυναστεύοντες ἐπέτρεπον τὴν ἔφοδον τῷ μαρκέσῃ. Ἐπεὶ δὲ τὰ γράμματα ταῦτα ἦκε παρὰ ἀνδρὸς αὐτοῖς ἀξιόχρεω πρὸς πίστιν, οἵ τε ἄλλοι ἀπηγόρευον τὴν ἔφοδον, καὶ αὐτὸς μαρκέσης ἠμβλύνθη τὴν ὁρμήν, οὐ τὴν ἀρετὴν μόνον βασιλέως αἰδεσθείς, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸ μέγα τι κατορθοῦν ἀπαγορεύσας, βασιλέως ἤδη τὴν σύμπασαν Ῥωμαίων ἔχοντος ἡγεμονίαν, ὃς ἐν στρατηγίαις μέγαν παρὰ πάντων ἐπυνθάνετο. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐκ τούτων ἐκωλύθη, καὶ διέλυε τὴν στρατιάν.

713 CAPUT III.

Imperator patriarcham salutat, præteritorum admonet cum reprehensione ejus improbitatis. Perversitatem dogmatum ei objicit : ad se provocandi potestatem dat. Synodus in palatio contra patriarcham, ejusque abdicatio, morbus, insania, mors. Disceptatio de surrogando successore. Isidorus eligitur. Ejus laus. Quo eruperit quorumdam monachorum ambitio. Eorum reprehensio. Dolor imperatoris propter dissidium. Isidorus patriarcha ab excommunicatione patriarchica publice imperatorem absolvit.

Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ὁ πατριάρχης Ἰωάννης ἐν **A** βασιλείοις ἔτι ἦν σχολάζων οἶκοι, πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν, προσηγόρευέ τε προσηνῶς, ἔπειτα καὶ ἀνεμίμνησκεν ὧν μετὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν, πρὶν τὸν πόλεμον κινεῖσθαι διειλέχθη πρὸς αὐτὸν, ὡς μέλλουσί τινες κατ' αὐτοῦ διαβολὰς συῤῥάπτειν, καὶ ὡς ἐδεῖτο αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος πᾶσάν ἐπιδείκνυσθαι σπουδὴν, καὶ μὴ ἐᾷν τοὺς συκοφάντας παραπείθειν βασιλίδα, καὶ πόλεμον ἐμφύλιον κινεῖν, ἀλλ' ἀπελαύνειν ὥσπερ κῆρας; καὶ κοινὴν τῆς Ῥωμαίων εὐτυχίας λύμην· καὶ ἐμέμφετο οὐ μόνον, ὅτι μηδὲν ἐνδείξαιτο φρόνημα πρὸς τὰς διαβολὰς αὐτῷ προσῆκον, ἀλλὰ καὶ συνέπραττε τοῖς συκοφαντοῦσι, καὶ τῶν ἄλλων μᾶλλον τὸν πόλεμον αὐτὸς ἐκίνει, σαφέστατα εἰδὼς ὡς καταψεύδεται καὶ συκοφαντεῖ. Τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἐπακολουθήσασαν ἐκ τοῦ πολέμου συμφορὰν, καὶ τῶν μυρίων αἱμάτων τὰς ἐκχύσεις, καὶ τοὺς ἀνδραποδισμοὺς, καὶ τὰς δημεύσεις, καὶ τὰ δεσμωτήρια, καὶ τὴν κοινὴν πανωλεθρίαν, οἰκτον οὐδένα τῶν ἀπολλυμένων ἐποιεῖτο, οὐδὲ ὑφῆκέ τι τῆς πρὸς αὐτὸν πικρίας ἄχρι τέλους· ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις γράφοντος αὐτοῦ καὶ δεομένου παρὰ πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον περὶ εἰρήνης, οὐχ ὅτι γε οὐκ ἐπείθετο αὐτὸς, ἢ τῶν λεγομένων ἤθελεν ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ πάντα κάλων ἐκίνει, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπειθε μὴ καταῤῥίπτεσθαι τὸν πόλεμον. Ἔπειτα ἔφασκεν, ὅτι, Ταῦτα μὲν ὡς μὴ προσήκοντα τῷ χρόνῳ νῦν εἴρηται· οὐ γὰρ ἀνειδίζειν αὐτῷ τὴν ἀγνωμοσύνην προῃρημένος νῦν εἶπεῖν, **C** ἀλλ' ἵν' εἰδεῖεν πάντες, ὡς καὶ πρὶν γενέσθαι, πάντων ἀκριβῶς κατασκοπάζοιτο τῶν ἐσομένων ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐμπειρίας. Νυνὶ δὲ εἰ μὲν μὴ πρὶν αὐτὸν οἵδε γενέσθαι Βυζαντίου ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων τοῦ θρόνου καθηρεῖτο, περὶ τοιούτων μὲν οὐδεὶς ἂν ἠνώχλει μὴ μένειν ἐπὶ τοῦ προσχήματος. Ἀλλὰ περὶ δογμάτων τῆς διαστροφῆς, ἃ παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐγκαλοῖτο, ἔκρινεν ἂν καὶ κατεψηφίζετο, εἰ ταῖς κατηγορίαις ἁλισκόμενος ἐφαίνετο· εἰ δ' αὖ ἀπέφευγε τὴν δίκην, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε πάλιν ἐπὶ τῶν θρόνων εἶναι. Ἐπεὶ δὲ οὕτω συνηνέχθη, αὐτὸν μὲν μὴ δύνασθαι τῶν ἀρχιερέων καταψηφισαμένων αὖθις ἀνάγειν πρὸς τὸν θρόνον, ἔφασιν δὲ δεδόναι

B Imperator autem, quoniam Joannes patriarcha adhuc in palatio morabatur, eratque vacuus, ipsum adit, placide salutat, in memoriam redigit, quæ post imperatoris obitum ante belli exordia cum eo collocutus sit : futuros nimirum, qui calumnias contra se comminiscerentur, et quomodo eum rogaverit, uti pro justitia communique bono nullo labori parceret, nec ab obtrectatoribus imperatricem corrumpi, bellumque civile excitari patretur, sed eos tanquam pestem Romanæque felicitatis perniciosissimos inimicos abigeret; dabatque crimini, quod non solum excelso animo, quemadmodum decuisset, calumniatoribus non restitisset, sed cum minime nesciret, se mentiri et calumniari, tamen eos insuper adjuvisset, et classicum bello movendo ipse præ aliis cecinisset. Illud vero esse horribile, quod post tantam calamitatem e bello profectam, post cædes innumerabiles, post tot mortales in servitutem abreptos, post bonorum publicationes, carceres, commune extremumque exitium nulla pereuntium miseratione captus sit, neque de acerbitate in ipsum usque ad finem quidquam remiserit, sed quamvis toties ipse multumque scripserit, et quandiu bellum fuit, pacem oraverit, non modo adduci eo non potuerit, aut quæ dicerentur audire voluerit, verum omnibus nervis contenderit, et alios ad idem impulerit, ne bello finis adderetur. Sed hæc ut tempori aliena omittamus, inquit; non enim ista dixi, ut tibi scelus tuum exprobrarem, verum ut omnes scirent, ne futura omnia antequam fierent, rerum usu doctum conjectasse. Nunc nisi ante meum ingressum Constantinopolim sede tua motus esses ab episcopis, de his nemo tibi molestiam exhibuisset, quominus prætexeres quod prætexebas. Quod autem ad prava dogmata attinet, quorum te episcopi coarguunt, ego quoque te calculo meo condemno, si convincare. Sin absolvare, **714** nihil impediet, quin thronum tuum recipias. Quoniam vero te ab episcopis exauctorari contigit, ego te in sedem restituere non possum. Tamen ad me provoces licet, neque arbitro ad objecta respondeas (79). Patriarcha imperatoris

Jacobi Pontani notæ.

(79) Nescio qui in causa ecclesiastica imperator potuerit esse judex. Constantinus quidem Magnus episcopos litis suas inter se dijudicare jussit, sed arbitrium interponere noluit. Sed ut ante monui

erga se mansuetudinem benevolentiamque cernens, propemodum somniare se putabat, propter rerum eventum inopinatum videlicet. Inusitatum enim mortis genus, et omnia summa ludibria, supremasque contumelias sibi patiendas suspicabatur, dum perpenderet, quam multa belli tempore in eum nefarie deliquisset. Deinde jam meliore spe subnixus, et e timore quo tenebatur recreatus, imperatorem de lenitate injuriarumque oblivione prædicabat oppido, agebatque gratias impense, quod sui misertus, ignovisset. Petebat autem tempus ad deliberandum, quid episcopis respondendum esset, si causam suam tueri vellet; quod ei imperator concessit. Tertio post die ad eum regressus, perblandis ac festivis sermonibus eum exhilarans, etiam de judicio percunctabatur, velletne causam suam agitari. Patriarchà rursum affatim imperatorem laudare, et judicium sibi optatum affirmare; etenim crimina se diluturum. Imperator ejus petitionem episcopis statim significat, suaque sententia ut justam confirmat, id quod episcopis quoque perplacere videbatur, affirmantibus nec sibi probari patriarcham throno depelli, nisi perversam doctrinam et ab orthodoxa religione valde discrepantem sectari ostenderetur; præfigebantque diem, quo omnes in palatium coacti, in ejus dogmata inquirerent. Qui ubi illuxit, episcopi, et monachorum præcipui, aulicorumque procerum lectissimi conveniunt. Vocatur patriarcha; differt et se venturum negat. Iterum ac tertium pro more vocatus, judicium semper detrectat. Episcopi decretam exauctorationem, juxta Patrum de his rebus sanctiones, ratam faciendam constituunt. Non permittens imperator, ipse patriarcham adit; quærit num ad causam dicendam velit occurrere. Quo aperte, etiam illo præside, judicium repudiante, episcopi consensu abdicationem ejus in litteras redigunt, et de dogmatis tomum edunt, in quo confitentur omnes, Acindynum ejusque cœtum (quibuscum et patriarchæ Joanni, eadem sentienti, consuetudo fuerit, **715** quocirca et sede sua dejectus sit) prave atque impie de religione sentire, Palamam autem cum suis similibus (*l*) divinorum theologorum placitis consentanea et sapere et profiteri. Tali modo Joannes patriarcha throno ejectus est, etiam antequam Byzantium intraret imperator. Nec vero quiescebat, sed cum ecclesiasticis quibusdam, et episcopis, ac privatis conspirans, iterum turbas commovebat, et jactare

πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰ βούλοιτο ποιησόμενον ἀπολογίαν ἐπ' αὐτοῦ τῶν κατηγορουμένων. Ὁ δὲ τὸ τοῦ βασιλέως πρασηνὲς καὶ τὴν εὐμένειαν τὴν πρὸς αὐτὸν ὁρῶν, μικροῦ μὲν ἐδόκει ὀνειρώττειν διὰ τὴν παρ' ἐλπίδας τῶν πραγμάτων ἔκβασιν. Καινόν τινα γὰρ ὑπενόει θανάτου τρόπον ὑπωστήσεσθαι, καὶ πᾶσαν ἐρεσχελίαν καὶ ὕβρεως ὑπερβολὴν ὑπομενεῖν, τὴν ἀτοπίαν ἐνθυμούμενος τῶν εἰργασμένων πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τὸν πόλεμον. Ἔπειτα δὲ ἤδη χρηστοτέρων τῶν ἐλπίδων ἐπιβάς, καὶ ἀναπνεύσας ἐκ τῶν κατεχόντων φόβων, βασιλέως μὲν τῆς ἡμερότητος καὶ τῆς ἀμνηστίας τῶν κακῶν ὑπερηύχετο πολλὰ, καὶ μεγάλας ὡμολόγει χάριτας τῆς συμπαθείας καὶ τῆς συγγνώμης ἧς παρέσχετο. Ἤτειτο δὲ χρόνον πρὸς διάσκεψιν, εἰ βούλοιτο ἀντικαθίστασθαι τοῖς ἀρχιερεῦσι πρὸς τῶν κατηγορουμένων τὴν ἀπολογίαν, καὶ παρέσχετο ὁ βασιλεύς. Τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ μετ' ἐκείνην, πάλιν πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν, λόγοις τε ἀνεκτᾶτο πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν καὶ χάριεν κεκτημένοις, καὶ περὶ τῆς δίκης ἐπανήρετο, εἰ βούλοιτο πρὸς τὴν ἐξέτασιν χωρεῖν. Ὁ δὲ αὖθίς τε ὑπερηύχετο πολλὰ, καὶ τὴν δίκην ἔφασκεν αὐτῷ κατὰ γνώμην εἶναι· ἀπολύσεσθαι γὰρ τὰ ἐγκλήματα πρὸς ἐκείνην καταστάς. Αὐτίκα τε ὁ βασιλεὺς τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐδήλου τὴν ἀξίωσιν τοῦ πατριάρχου, ἐπεψηφίζετό τε ὡς δικαία εἴη ἡ ἀξίωσις· ἐδόκει δὴ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι μάλιστα ἡ δίκη φίλη· ἰσχυρίζοντο γὰρ οὐδὲ αὐτοῖς κατὰ γνώμην εἶναι ἐξάγεσθαι τοῦ θρόνου τὸν πατριάρχην, εἰ μὴ ἐλέγχοιτο δόγμασι προσέχειν διαστρόφοις, καὶ πολὺ τῶν ὀρθοδόξων παραλλάττουσι, καὶ συνετίθεντο ἡμέραν, ἐν ᾗ πάντας ἐν βασιλείοις ἔδει γενομένους τῶν δογμάτων τὴν ἐξέτασιν ποιεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἡ προθεσμία ἦκει, παρῆσαν μὲν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ τῶν μοναχῶν ὅσοι μάλιστα ἐν λόγῳ ἦσαν, καὶ τῶν συγκλητικῶν οἱ μάλιστα ἐπιφανεῖς. Ἐκαλεῖτο δὲ ἐπὶ τὴν δίκην ὁ πατριάρχης· ὁ δὲ ἀνεβάλλετο μὴ ἥξειν φάσκων. Δὶς δὲ καὶ τρὶς γενομένης τῆς μηνύσεως κατὰ τὸ ἔθος, ὁ μὲν ὁμοίως ἐν πάσαις ἀπείπατο τὴν δίκην. Τοῖς δὲ ἀρχιερεῦσιν ἐδόκει τὴν ἐψηφισμένην καθαίρεσιν ἐπικυροῦν κατὰ τοὺς περὶ τούτων κειμένους τῶν Πατέρων νόμους. Βασιλεὺς δὲ οὐκ εἴα, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ παραγενόμενος, ἐπυνθάνετο πατριάρχου, εἰ μὴ βούλοιτο χωρεῖν πρὸς τὴν ἐξέτασιν τῶν κατηγορημένων. Ἐπεὶ δὲ φανερῶς καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἀπηγόρευε τὴν δίκην, τήν τε καθαίρεσιν ἐκείνου ἐγγράφως ἐποιοῦντο οἱ ἀρχιερεῖς πάντες ἐπιψηφισάμενοι ὁμοίως, καὶ τόμον περὶ τῶν δογμά-

mus, Græci imperatoribus suis adulantes, nimis magnam eis auctoritatem concesserunt. Qui exemplum nominatim quærit, legat Balsamonem in canonem 69 synodi sextæ in Trullo.

Jacobi Pontani notæ.

Jacobi Gretseri notæ.

(*l*) De controversia Barlaami, Acindyni et Palamæ copiose egimus ad finem libri secundi, quo lectorem redire cupimus, quoties Cantacuzenus Palamam ejusque asseclas, tanquam recte sentientes, prædicat et extollit. Omisimus eo loco hanc synodum adversus Acindynum occasione Joannis patriarchæ coactam. Quæ si ad reliquas adjungatur, jam sex synodos super controversia de lumine Thaborio et distinctione essentiæ actionisque divinæ habebimus. Quinque quidem, quarum ipse Cantacuzenus meminit, et aliam, cujus lib. II testem laudavimus Davidem monachum in sua Relatione de disceptatione Barlaami et Palamæ.

των ἐξετίθεντο, ἐν ᾧ πάντες συνωμολόγουν, ὡς Ἀκίνδυνος μὲν καὶ ἡ περὶ αὐτὸν φατρία, οἷς καὶ ὁ χρηματίσας πατριάρχης Ἰωάννης ὠμοφρόνει, διὸ καὶ καθηρέθη τοῦ θρόνου, ἐχθέσμως καὶ κακῶς περὶ τὰ θεῖα δόγματα φρονοῦσι, Παλαμᾶς δὲ καὶ ὅσοι τῶν ὁμοίων ἔχονται, ἀκόλουθα τοῖς θεοσόφοις θεολόγοις καὶ λέγουσι, καὶ φρονοῦσιν. Οὕτω μὲν οὖν ὁ πατριάρχης Ἰωάννης ἐκβέβλητο τῶν θρόνων, καὶ πρὶν βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν ἦκειν εἰς Βυζάντιον. Οὐ μὴν ἡσύχασε μετὰ τὴν ἐκβολήν, ἀλλὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας προσεταιρισάμενός τινας, καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἰδιωτῶν, αὖθις ἐθορύβει, καὶ ἠδικῆσθαι διετείνετο περὶ τὴν δίκην, καὶ τῶν καθελόντων ἀρχιερέων κατεβόα· ὅθεν πάντες προσελθόντες βασιλεῖ πλὴν οἱ ἐκείνῳ συνείποντο, ἠξίουν Βυζαντίου ἐκβληθῆναι, ὡς οὕτω παυσαμένης κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν στάσεως καὶ ταραχῆς. Ἐδόκει δὴ κἀκείνῳ τὴν στάσιν τοῦτο λύσειν. Καὶ ἐπέμπετο εἰς Διδυμότειχον. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον τὴν τοσαύτην μεταβολὴν οὐκ ἐνεγκών· ἐκ γὰρ ἄκρας εὐτυχίας εἰς τοὐναντίον ἅπαν ἡ μεταβολὴ ἐκείνῳ περιέστη· πρῶτα μὲν ἐνόσησεν, ἔπειτα ἐξέστη καὶ τῶν φρενῶν, οὐ μὴν καθάπαξ· ἀλλ' ἐνίοτε καὶ σωφρονῶν, αὖθις τοῦ καθεστηκότος ἐξεφέρετο. Ἃ δὴ πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, αὖθις αὐτὸν ἐκέλευεν εἰς Βυζάντιον ἐπανάγειν, ὥστ' ἐπιμελείας τυχεῖν παρὰ τῶν ἰατρῶν· ἐπανελθὼν δὲ, οὐκ ἀντέσχεν ἐπιπλεῖστον· ἀλλ' ὑπὸ τῆς νόσου καὶ τῆς λύπης κατεργασθείς, ἐτελεύτησε μετὰ μικρόν. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. Τότε δὲ εὐθὺς μετὰ τὴν καθαίρεσιν ἐκείνου λόγος ἦν πολὺς περὶ τοῦ προστησομένου τῆς Ἐκκλησίας. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες εὐθὺς οὐδένα ᾤοντο δικαιότερον εἶναι Παλαμᾶ ἀνάγεσθαι ἐπὶ τῶν θρόνων, οὐ διὰ τὴν ἀρετὴν μόνον καὶ τὴν κατὰ τὸν βίον φιλοσοφίαν, καὶ τὴν περὶ τὰ θεῖα δόγματα ἀκρίβειαν καὶ ἐμπειρίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ φανερῶς εὐθὺς ἐξαρχῆς πρὸς τοὺς πεπολεμηκότας ἀντέστη βασιλεῖ, φάσκων ἀδίκως καὶ τῶν κοινῶν ἐπὶ φθορᾷ καὶ λύμῃ τὸν πόλεμον κεκινηκέναι, δι' ἃ καὶ δεσμωτήριον οἰκεῖν κατεκρίθη ἄχρι τέλους ἀπαρχῆς. Τοῖς ἀρχιερεῦσι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις λογάσι τῶν μοναχῶν πολλὴ ἦν ἡ ἀμφισβήτησις περὶ τοῦ πράγματος. Πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν λογιωτέρων, καὶ μάλιστα ἀξίων λόγου κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον ὑπὲρ βασιλέως, οἱ μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις καθειρχθέντες, ἕτεροι δὲ ἐν δεσμωτηρίοις, καὶ ἄλλοι ἑτέροις τρόποις κακωθέντες, πάντες ἤλπιζον ἀμοιβὴν αὐτοῖς τῶν πόνων ἔσεσθαι τὸν θρόνον· καὶ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν ἕκαστος προὐτίθει. Συνορῶν δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν φιλονεικίαν, καὶ στοχαζόμενος ἀναφυήσεσθαί τινα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ στάσιν ἐκ τῆς οὐ καλῆς ταύτης ἔριδος, ἐσκέψατο μηδὲν ποιεῖν παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῖς ἀρχιερεῦσι τὴν αἵρεσιν τοῦ προστησομένου ἐπιτρέπειν. Συμφωνήσαντες δὲ οἱ πλείους εἵλοντο Ἰσίδωρον, ἄνδρα ἀγαθὸν τοὺς τρόπους καὶ ἐπιεικῆ, καὶ πρὸς ἁγιωσύνην μάλιστα ἔχοντα εὐφυῶς, καὶ περὶ λόγους καὶ ἀκρίβειαν δογμάτων κάλλιστα ἐξησκημένον. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα ἐπεψήφιζε τὴν ἐκλογήν, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ἐχειροτονεῖτο. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες

A perseverabat; sibi in judicio factam injuriam: vociferans contra episcopos, qui ei patriarchatum abrogaverant. Quamobrem omnes, exceptis tribus ejus asseclis, ad imperatorem adeuntes petunt, ut Byzantio pellatur, ita a seditione et tumultu Ecclesiam conquieturam. Imperatori ob seditionem componendam similiter visum est faciendum. Ergo Didymotichum illum misit. Qui non diu post tantæ mutationis impatiens (a summo enim felicitatis gradu ad imam miseriam præcipitatus erat), primum quidem morbum contraxit; postmodum e potestate exivit, quanquam non simul et semel; interdum enim recepta mente, rursum de ea deturbabatur. Quod audiens imperator eum Byzantium reverti, et a medicis curari præcepit. Reversus, non diu duravit, sed morbo et cruciatu animi consumptus, decessit. Sed hæc postea acciderunt. Tum vero eo exauctorato, de alio in ejus locum sufficiendo mox sermones vulgo serebantur. Alii igitur omnes neminem opinabantur Palama throno magis idoneum, non ob virtutem tantummodo ac religiosum vitæ institutum, divinorumque dogmatum accuratam cognitionem atque usum, sed quod insuper jam inde ab initio imperatoris hostibus palam adversatus ac testatus esset, inique et cum reipublicæ labe atque exitio bellum moveri. Quare a principio usque ad finem carcerem habitavit. Episcopi vero et honoratiores de monachis vehementer in eo negotio disputabant. Multis siquidem et eruditioribus, et ante alios venerabilibus, per tempus belli pro imperatore his quidem in ædibus conclusis, his in carcere, et aliis alia ratione afflictis, patriarchicam sedem sibi suorum laborum præmium singuli promisorant, et quilibet sibi præ cæteris suffragium dabat. Quam contentionem parum liberalem animadvertens, seditionemque inde in Ecclesia suborituram prospiciens imperator, nihil per se facere, sed electionem patriarchæ episcopis liberam relinquere statuit. **716** Plures uno animo Isidorum eligunt, virum probatis moribus, ac mitem, et ad omnem sanctimoniam natum, atque in litterarum disciplinis et recondita dogmatum scientia perfectum. Imperator electionem approbat, nec multo post consecratur. Et cum cæteri quidem, nullo excepto, illi subesse non nollent, qui prius sedem sibi desponderant, se præteritos non concoquebant; tandemque amore dominandi eo nequitiæ devenerunt, ut cum non haberent, quomodo imperatorem et episcopos, a quibus se despectos rebantur, ulciscerentur, inter sectatores Acindyni nomina darent, seque ipsos cum alia multitudine ab Ecclesia abrumpentes, vehementer illam deformarent, cum paulo ante eadem de causa Joannem throno submovissent. Et qui tutores dogmatum longe primi videbantur, quod præteriti essent, repente mutati, eorum facti sunt vindices, quorum fuerant accusatores. Hæc jure quispiam ei tribuerit, qui ab orbe condito communis humani generis inimicos

exstitit. Oportebat enim viros illos prudentes atque in primis honorabiles, si non aliud, illud saltem cogitare, cum essent multi, qui ad hujus officii procurationem apositi haberentur, unum proferri necessarium fuisse, qui regeret, reliquos autem regi. Nunc ambitione nimia cæcati, semetipsos prorsus retro agentes, ignominia maxima et naufragio circa fidem seque aliosque non paucos involverunt. Sed hæc aliquanto post enucleatius, sicut evenerunt, explicabuntur. Imperator cognoscens, quo pacto se ipsos a reliquo Ecclesiæ corpore præcidissent, ferebat ægerrime, et dolebat, non propter dissensionem duntaxat, qua ab aliis in germana fidei doctrina differebant, sed quod simul amici erant proque illo, bello durante, multa perpessu aspera exhauserant: quos, quanquam præcipua patriarchatus dignitate frustratos, nihilo minus donis ac beneficiis remunerandos existimabat, quantum posset. At illi injuriæ memoria semel acti præcipites, quod patriarchico throno dignati non erant, nullo prætorea præmio labores ac studia sua erga imperatorem compensari posse arbitrabantur, simulque ab illo et a veritate se abstrahentes, ipsum maledictis lacerabant, et hanc scendalo patrocinantes, corrumpebant, Barlaami et Acindyni falsa dogmata per vestigia insequentes. Isidorus porro patriarcha brevi post inaugurationem, etiam alios episcopos secum habens, **717** quotquot adfuerant, dum ipso belli initio Joannes patriarcha in Joannem Cantacuzenum, præter omne jus fasque, devotionis carmen pronuntiaret, eosdem, inquam, secum habens, in ambonem qui dicitur ascendens, quo clarius ab omnibus exaudiretur, anathematismum præsente populo rescidit, tametsi ipse Joannes, ut imperator occupato Byzantio ad eum venit, coram multis eumdem antiquarat. Nihilo minus Isidoro id ipsum ad majorem securitatem iterato fieri complacitum fuit.

A τὸ ὑπ' ἐκείνῳ ξστεργον τετάχθαι, ὅσοι δὲ αὐτοῖς προεμνηστεύοντο τὸν θρόνον, ἐδυσχέραινον περιορώμενοι, καὶ τέλος εἰς τοσοῦτον ἐξήχθησαν ὑπὸ φιλαρχίας ἀτοπίας, ὥστε οὐκ ἔχοντες, ἢ χρὴ ἀμύνεσθαι βασιλέα, καὶ τοὺς περιϊδόντας ἐπισκόπους, τῇ τῶν τὰ Ἀκινδύνου φρονούντων μερίδι ἐπέδωκαν ἑαυτούς, καὶ ῥῆγμα μέγα κατεσκεύασαν τῇ Ἐκκλησίᾳ, σφᾶς αὐτούς τε καὶ πλῆθος ἄλλο ἀπορρήξαντες, οἱ μικρῷ πρόσθεν Ἰωάννην τῶν αὐτῶν τούτων ἔνεκα τῶν θρόνων ἐκβαλόντες, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα δοκοῦντες εἶναι προστάται τῶν δογμάτων, μεταβαλόντες ἐξαίφνης διὰ τὸ ἠμελῆσθαι, καὶ ὧν κατηγόρουν γενόμενοι ἐκδικηταί. Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῷ ἐξαρχῆς πολεμίῳ κοινῷ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἄν τις προσλογίζοιτο δικαίως. Ἔδει γὰρ ἐκείνους συνετούς τε ὄντας καὶ πολλοῦ ἀξίους λόγου, εἰ μή τι ἄλλο, ἀλλ' ἐκεῖνο πάντως ἐννοεῖν, ὡς πολλῶν ὄντων τῶν δοκούντων ἀξιόχρεων πρὸς προστασίαν, ἕνα προβεβλῆσθαι ἦν ἀνάγκη, τοὺς λοιποὺς δὲ ἄγεσθαι. Νυνὶ δ' ἐπιτρέψαντες ἑαυτοὺς καθάπαξ ἀκρισίᾳ δόξης κενῆς, ἐπιθυμίᾳ, ἀδοξίᾳ τε μεγίστῃ, καὶ ναυαγίῳ περὶ τὴν πίστιν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ ἄλλους οὐκ ὀλίγους περιέβαλον. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον εἰρήσεται ὀλίγῳ βέλτιον, καθὼς ἐν τοῖς πράγμασι συνέβη. Τότε δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν διάστασιν ἰδὼν τῶν διατεμόντων ἑαυτοὺς τοῦ λοιποῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας, ἦχθετο μὲν οὐκ ἀνεκτῶς, καὶ ἐλυπεῖτο, οὐ μόνον τῆς διαφορᾶς ἕνεκα, ἣν διεφέροντο πρὸς τοὺς λοιποὺς περὶ τῶν ὀρθῶν τῆς πίστεως δογμάτων, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν φίλων ἦσαν, καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ πολλὰ ἀνασχομένων δυσχερῆ κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, οὓς ᾤετο εἶναι δεῖν πολλαῖς ἀμείβεσθαι εὐεργεσίαις, καὶ εὖ ποιεῖν τὰ δυνατά, εἰ καὶ τῆς πρώτης ἀπετύγχανον ἀξίας. Οἱ δὲ καθάπαξ ἀπαχθέντες τῇ μνησικακίᾳ, ὅτι μὴ τῶν πατριαρχικῶν ἠξίωντο θρόνων, οὐδὲν ὤοντο ἕτερον ἔσεσθαι ἀντίρροπον πρὸς τοὺς πόνους, καὶ τὴν ὑπὲρ βασιλέως σπουδήν· ἀλλὰ καθάπαξ ἑαυτοὺς βασιλέως καὶ τῆς ἀληθείας ἀποστήσαντες, ἐκεῖνόν τε ἔλεγον κακῶς, καὶ τὴν ἀλήθειαν διέφθειρον, τῷ ψεύδει συνηγοροῦντες, καὶ τοῖς Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου διαστρόφοις δόγμασιν ἑπόμενοι κατ' ἴχνος. Ἰσίδωρος δὲ ὁ πατριάρχης, ὀλίγῳ μετὰ τὴν χειροτονίαν ὕστερον, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἀρχιερέων ἔχων, ὅσοι παρῆσαν τηνίκα κατὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ πολέμου μάλιστα Ἰωάννης ὁ πατριάρχης κατὰ βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ ἐξεφώνει τὸν ἀφορισμὸν παρὰ πάντα τοῦ δικαίου λόγον καὶ προσήκοντα, τοὺς αὐτοὺς δὴ καὶ οὗτος ἔχων, ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος λεγομένου ἀναβάς, ἵνα μᾶλλον διὰ πάντων εἰσηκοῖτο ἡ φωνή, τὸν ἀφορισμὸν διέλυε πάντων ἀκουόντων· καίτοι καὶ Ἰωάννης αὐτὸς, εὐθὺς μετὰ τὸν βασιλέα Βυζαντίου κεκρατηκέναι, ἐπεὶ πρὸς ἐκεῖνον παρεγένετο, ἔλυε καὶ αὐτὸς πολλῶν ἀκουόντων τὸν ἀφορισμόν. Ἀλλ' ὅμως ἐδόκει καὶ αὐτῷ Ἰσιδώρῳ τὰ ἴσα πλείονος ἕνεκα ἀσφαλείας πράττειν.

Orchanes gener socerum imperatorem cum tota familia invisit. Potatur. Imperator cum filia et Orchanis filiis Constantinopolim redit. In Blachernis tem, lo Deipara iterum coronatur. Cur secundo coronatus. Uxor juncta Joanni imperatori. De ruinis templi Sanctæ Sophiæ, et instauratione. Urbes post fœdus abiatæ a Crate repetuntur; cui reddere nolenti bellum fit, accersitis ab Orchane genero Persarum auxiliis. Eorum latrocinia, et inde tristitia imperatori.

Orchanes imperatoris gener, posteaquam socerum Byzantio potitum totum jam imperium Romanum, quantum esset, certo possidere didicit, cum tota domo Scutarium (ut ab indigenis vocitatur) e regione Byzantii situm (80) victoriam gra-

Ὀρχάνης δὲ ὁ βασιλέως γαμβρὸς, ἐπεὶ ἐπύθετο βασιλέα κεκρατηκότα Βυζαντίου, καὶ πᾶσαν ἤδη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἔχοντα βεβαίως, πανοικεσίᾳ ἦλθε πρὸς τοῦ Βυζαντίου τὴν περαίαν, ὃ Σκουτάριον ἐγχωρίως ὀνομάζεται, συνηθησόμενος ἐπὶ τῇ

Jacobi Fontani notæ.

(80) A militum scutariorum statione sic dictum scribitur. Quidam putant olim dictam Chrysopolim.

νίκη· καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα τριήρεσιν ἐπεραιοῦτο πρὸς αὐτόν· καὶ ἐφ' ἡμέραις οὐκ ὀλίγαις συνήδοντο ἀλλήλοις, θήραις σχολάζοντες καὶ πότοις καὶ φιλοτησίαις. Συνήθιον δὲ βασιλεὺς μὲν καὶ Ὀρχάντης ὁ γαμβρὸς ἐπὶ τραπέζης τῆς αὐτῆς, οἱ υἱοὶ δὲ τέτταρες ὄντες ἐξ ἑτέρων γυναικῶν αὐτῷ γεγενημένοι ἐφ' ἑτέρας οὐ μακρὰν τῆς βασιλέως, τῶν ἐπιφανῶν δὲ Περσῶν οἱ ἄλλοι καὶ Ῥωμαίων, ἐπὶ ταπήτων ἦσαν ἀνακεκλιμένοι πρὸς τὸ ἐσθίειν, ὅσον ὁρᾶσθαι ὑπὸ βασιλέως. Ἐπεὶ δὲ ἐφ' ἱκανὸν συνήσθησαν ἀλλήλοις, Ὀρχάνης μὲν ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου· βασιλεὺς δὲ μετὰ τῆς θυγατρὸς Θεοδώρας τῆς Ὀρχάνη γυναικὸς, ἑπομένων καὶ τῶν Ὀρχάνη παίδων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τῆς οἰκίας εἰς Βυζάντιον ἀνέστρεφεν· ἡ συγγενομένη βασιλίδι τῇ μητρὶ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις, ἔπειτα ἀνέστρεφεν εἰς τὴν Βιθυνίαν μετὰ τῶν υἱῶν Ὀρχάνη καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἑφεπομένων εὐεργετηθέντων φιλοτίμως παρὰ βασιλέως τοῦ πατρός. Τρίτῃ δὲ ἐπὶ δέκα Μαΐου ἑσταμένου ἦρος τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ τῆς Θεομήτορος τεμένει τῶν Βλαχερνῶν, βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς ὑπὸ Ἰσιδώρου τοῦ πατριάρχου ἐστέφθη αὖθις, Ἄννης τε τῆς βασιλίδος παρούσης καὶ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ γαμβροῦ. Καὶ πάντα ἐτελεῖτο τὰ νενομισμένα ἐν τῇ ἑορτῇ, οὐδενὸς παραλειφθέντος. Ἔπειτα καὶ αὐτὸς Εἰρήνην ἔστεφε τὴν βασιλίδα κατὰ τὸ ἔθος· καὶ εἰς τὰ βασίλεια ἐπανελθόντες, πότους καὶ φιλοτησίας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐξεπλήρουν, ὅσα φαιδρύνειν οἶδε τὴν ἑορτήν· καίτοι γε αὐτῆς ἐν Ἀδριανουπόλει ὑπὸ Λαζάρου τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχου πρότερον ἐστέφθη, καὶ ἀπέχρησεν ἂν ἡ τοῦ ἁγίου μύρου χρίσις ἐκείνη παρ' οἷς φρονοῦσιν· ἵνα δὲ μηδεμία εἴη πρόφασις τοῖς ὑβρισταῖς, ὡς ἄρα μὴ ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῶν βασιλέων ἔθος ἔστεπτο, καὶ τὸ δεύτερον αὖθις ἐτελεῖτο. Ὀγδόῃ δὲ ἡμέρᾳ ἀπ' ἐκείνης, κατὰ τὴν Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης μνήμην τῶν μεγάλων βασιλέων, καὶ οἱ τοῦ νέου βασιλέως ἐτελοῦντο γάμοι ἐν τῷ αὐτῷ τεμένει τῆς Θεομήτορος τῶν Βλαχερνῶν. Ὁ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας κάλλει τε καὶ μεγέθει τοὺς ἁπανταχοῦ νικῶν, καὶ ὥσπερ τι κοινὸν ἄγαλμα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὢν, καὶ δεῖγμα τῆς μεγαλουργίας, καὶ τῆς περὶ τὰ καλὰ φιλοτιμίας, ἔτει ἑνὶ πρότερον ἢ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα τὸ Βυζάντιον ἑλεῖν, σεισμῶν ἐξαισίων γενομένων κατηνέχθη, οὐ καθάπαξ, ἀλλ' ἥ τε πρὸς τῷ βήματι μεγάλη στοὰ, καὶ τῆς ὀροφῆς οὐκ ὀλίγον, ὑπὲρ δύο μοίρας ἀπολειφθείσης. Διὸ καὶ αἱ τῶν βασιλέων τελεταὶ ἐν Βλαχέρναις ἐτελοῦντο· ἐκεῖσε πρότερον

A tulaturus advenit. Ad quem extemplo imperator triremibus trajecit, diebusque non paucis venationibus et symposiis vacantes collætati sunt. Ad eamdem porro mensam imperator et Orchanes gener, filii quatuor ex prioribus suscepti uxoribus ad aliam non longe accumbebant; cæteri illustres Persæ et Romani in eorum conspectu super stratis tapetibus discumbebant (81). Ubi se diu mutuo delectarunt, Orchanes quidem in castris seu classe (82) remansit; imperator cum filia Theodora Orchanis conjuge sequentibus ejusdem filiis, reliquisque domesticis Byzantium se recepit; illi cum matre et sororibus triduum versata, postea in Bithyniam cum privignis et comitibus honorifice a patre donatis rediit. Tertio Idus Maias eodem-
B vere in templo Dei Genitricis in Blachernis imperator Cantacuzenus ab Isidoro patriarcha denuo, Anna imperetrice et Joanne imperatore præsentibus, coronatus est, servatis omnibus quæ illo tam festo die servari moribus receptum est. Mox et ipse Irenem conjugem pro consuetudine coronavit: reversique in palatium, **718** quæcunque ad hilaritatem diei pertinere possent, iis se dederunt. Et qua quam Adrianopoli antehac a Lazaro patriarcha Hierosolymitano corona exornatus esset, sufficisseque apud veros prudentes illa sacra unctio, tamen ne obloquentoribus sermonem daret, quod non Byzantii secundum imperatorum so-
C lemne coronam accepisset, iterum coronari placuit. Octavo autem die ab illo, id est duodecimo Kalendas Junias, qui dies Constantini et Helenæ clarissimorum imperatorum memoriæ consecratus est, in eodem templo Deiparæ in Blachernis juniori imperatori uxor tradita est. Nam Sophiæ templum, elegantia ac magnitudine quæcunque templa orbis terrarum superans (83), et veluti quoddam commune Romani imperii decus atque ornamentum, magnificæque structuræ et ambitiosi cujusdam studii pulcherrime ædificandi specimen, anno antequam Cantacuzenus Byzantium caperet immani terræ motu conciderat: non illud quidem totum, sed magna porticus una cum tabernaculo, et tecti partes plus duæ. Ideirco sacra et
D cæremoniæ imperatorum in Blachernis, ut quondam, peragebantur. Magnam itaque porticum et tabernaculum imperatrix Anna, Phaseolato operis præfecto instauravit, superiora cum tecto post Cantacuzenus refecit; cæteramque templi vetustatem in marmore et tesselato opere positam curæ

Jacobi Pontani notæ.

(81) Mos Barbaro um discumbendi etiam hodie. Occurrit locus ex I Æneid. de convivio Didonis:

Jam pater Æneas, et jam Trojana juventus
Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.

(82) In navibus. Catachresis, ut rursum infra, cap. 30, ubi plura dicentur.

(83) De hoc eodem tam celebri templo Nicetas in Alexio Comneno. Manuelis filio, ægre ferens ædibus pollutum esse a Christianis, cum Salomonium templum Titus imperator Deum reveritus vinacti profanare non ausus esset, *Qui tandem, inquit, a religiosis et Christianis huic pulcherrimo et plane divino templo habendus non fuit, quod omnino Dei manibus fabricatum est, primum ac postremum opus pulcherrimum atque inimitabile, neque in terris aliud, quam orbis quidam cælestis exstitit?* Idem in narratione de rebus post urbem a Latinis captam gestis: *Nunquid templum amplissimum et divinissimum unquam posthac te videbo, cælum terrenum, solium gloriæ Dei, Cherubice currus, firmamentum alterum, fabricam manuum Dei annuntians, spectaculum et opus singulare, firmum universæ terræ decus?*

habuit. Verum Palæologus deinde solus imperator, quod deerat explevit, manumque extremam imposuit. Subserviebant autem imperatoribus in hac præclara æmulatione Asiras magnus stratopedarcha, vir in primis spectatus et architectus insignis, et cum eo ex Latinis imperatori subjectis Joannes Peralta nominatus. Sed hæc posterius contigerunt. Tunc ergo, ut docebam, quoniam magnum illud mundi miraculum et decantata ædes ruinæ erant, rerum elegantium studiosis lacrymabiles, in Blachernis in Dei Matris, sub Isidoro patriarcha, Helena imperatoris Cantacuzeni filia Joanni imperatori in manum convenit : qui et ipse a Joanne patriarcha ante coronatus, uxorem suam usitato more coronavit. Et indulgebatur epulis ac plausibus, exercebatque ferias populus, ut videlicet nuptiis imperatoriis decorum erat. Imperator domi rebus probe constitutis ad hostes externos sese convertit, et ad Cralem missis oratoribus, amplas ei gratias egit **719** de honore ac studio, quibus præsentem prosecutus fuisset, quo tempore homophylorum arma pertulisset, sequo, ubi occasio inciderit, jure ac merito factis responsurum; si tamen fœdera salva manerent, quibus ab utrocunque violatis alterum vindicem propterea in vitio ponere, haud æquum esse; nullam quippe obstare legem, quin, qui læsus est, ab eo qui læsit injuriam persequatur, postulabatque urbes post fœdus sancitum Romano imperio ademptas restitui : sic enim in juramentis scriptum exstare. Namque non solum Pheras, et alia Macedoniæ oppida atque castella, præter Thessalonicam occuparat, sed Berrhœotarum quoque potentissimos pecunia et pollicitationibus magnis corruptos eo pertraxerat, ut exacto Manuele imperatoris filio urbem sibi addicerent : quod sane molestia afficiebat imperatorem non mediocri. Manuel itaque apud Joannem Angelum consobrinum in Thessalia degebat. Crales audita legatione nihil juste obtendere poterat; et juramenta sic concepta esse non ibat ille quidem inficias, oppida tamen reddere nolebat, sed ad prætextus et excusationes ineptas confugiebat. Imperator iterata legatione postulat, ut sibi urbibus ex juramentis cedat; si abnuget, bellum ei denuntiat, et orat futuras cædes ac servitutes ne sibi ascribat; opibus enim Romanis civili bello fractis ac debilitatis se Barbarorum auxiliis vel nolentem usurum. Quæ ut expendat, et quo facto opus sit, faciat, se hortari. Cum nec post alteram legationem præstaret Crales, quod debebat, imo potius cæteras urbes obsideret, imperator Orchanem generum subsidium poposcit : veneruntque Barbarorum supra decem millia, ducentibus Sulimano cum fratribus Orchanis filiis. Mittit una imperator etiam Matthæum filium Romano agmini præpositum, et citra maleficium transitis Romanorum finibus, Triballos devastare jubet. At Barbari ubi tantum Mygdoniam per munitionem, quæ juxta Christopolim est, pervε᾽ωθός. Τὴν μὲν οὖν μεγάλην στοὰν μετὰ τοῦ βήματος ἡ βασιλὶς ἀνήγειρεν αὖθις Ἄννα, Φακεωλάτον ἐπιστήσασα τῷ ἔργῳ· τὸ ἐπέκεινα δὲ μετὰ τῆς ὀροφῆς βασιλεὺς ὕστερον ἀνέστησεν ὁ Καντακουζηνός, καὶ τῆς ἄλλης ἐπεμελήθη τοῦ τεμένους εὐκοσμίας ὅση τε ἐν μαρμάροις καὶ λεπτῆς ψηφίδος διαθέσει. Εἴ τι δὲ ἐνέδει πρὸς τελείωσιν, Παλαιολόγος ὕστερον ἐπέθηκεν ὁ νέος βασιλεύς, μόνος ἤδη τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἔχων τὴν ἀρχήν. Διηκόνει δὲ ἑκατέροις τοῖς βασιλεῦσι πρὸς τὴν καλὴν φιλοτιμίαν ταύτην Ἀστρᾶς ὁ μέγας στρατοπεδάρχης, τά τε ἄλλα λόγου ἄξιος πολιοῦ, καὶ περὶ οἰκοδομίας ἔχων εὐτυῶς, καὶ ἐκ τῶν ὑπηκόων βασιλεῖ Λατίνων τις Ἰωάννης Περάρτα προσαγορευόμενος. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. Τότε δὲ ἐπεὶ τὸ μέγα τῆς οἰκουμένης θαῦμα ὁ περιβόητος οὑτοσὶ ναὸς πτῶμα δακρύων φιλοκάλοις ἄξιον ἦν ψυχαῖς, ἐν τῷ τῶν Βλαχερνῶν τῆς Θεομήτορος ναῷ ὑπὸ Ἰσιδώρου πατριάρχου Ἑλένῃ τῇ βασιλέως θυγατρὶ ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης συνεζεύγνυτο. Ἔστεφε δὲ κατὰ τὸ ἔθος τὴν γυναῖκα καὶ αὐτὸς, πρότερον ἐστεμμένος ὑπὸ πατριάρχου ὢν τοῦ Ἰωάννου, καὶ εὐωχίαι ἦσαν καὶ χρότοι, καὶ δημόσιοι ἤγοντο ἑορταὶ ᾗ προσῆκε τοῖς βασιλέων γάμοις. Ἐπεὶ δὲ τὰ οἴκοι καλῶς διῴκητο τῷ βασιλεῖ, ἐτρέπετο ἐπὶ τοὺς ἔξω πολεμίους, καὶ πρεσβείαν πρὸς Κράλην πέμψας, πολλὰς μὲν ὡμολόγει χάριτας αὐτῷ τῆς εἰς αὐτὸν φιλοτιμίας καὶ σπουδῆς, ἣν πρὸς παρόντα ἐνεδείξατο, καθ' ὃν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἐπολεμεῖτο χρόνον, καὶ δικαίως εἶναι ἀμείβεσθαι τοί; ἴσοις καιροῦ καλοῦντος, μὴ παραλυομένων μέντοι τῶν ὅρκων καὶ τῶν σπονδῶν τῶν πρὸς ἀλλήλους. Εἰ γὰρ ἐκεῖνα παραβαίνοιντο ὑφ' ὁτουοῦν, οὐ δίκαιον εἶναι ἀμυνόμενον τὸν ἕτερον αἰτίας ἀξιοῦν· κωλύει γὰρ οὐδεὶς ἀμύνεσθαι νόμος τὸν πάσχοντα κακῶς, ἠξίου τε αὐτῷ ἀποδοθῆναι τὰς πόλεις, ἃς μετὰ τὸ πρὸς αὐτὸν τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους θέσθαι τῆς Ῥωμαίων παρείλετο ἀρχῆς· οὕτω γὰρ ἐγγεγραμμένον τοῖς ὅρκοις εἶναι. Μὴ μόνον γὰρ Φερά; τε καὶ ἄλλας τῆς Μακεδονία; πόλεις, καὶ τὰ φρούρια πλὴν Θεσσαλονίκη; εἶλεν, ἀλλὰ καὶ Βερροιωτῶν τοὺς δυνατωτάτου; χρήμασι καὶ μεγάλαι; ἐπαγγελίαις διαφθείρας, τὸν βασιλέω; ἔπεισεν υἱὸν ἐξελάσαι τὸν Μανουήλ, κἀκείνῳ τὴν πόλιν παραδοῦναι· ἃ οὐκ ἐπ' ὀλίγον ἡνία βασιλέα. Ὁ μὲν οὖν υἱὸς ἐν Θετταλίᾳ διέτριβε παρὰ τὸν θεῖον Ἄγγελον τὸν Ἰωάννην. Κράλης δὲ ἐπεὶ ἐδέξατο τὴν πρεσβείαν, δίκαιον μὲν ἀντιτιθέναι τοῖς λόγοις ἠδύνατο οὐδέν, ἀλλὰ συνωμολόγει τοὺς ὅρκους οὕτω γεγενῆσθαι, ἀποδιδόναι δὲ τὰς πόλεις οὐκ ἠβούλετο· ἀλλὰ πρόφασεις ἐχώρει καὶ προφάσεις ἐχούσας ὑγιὲς οὐδέν. Βασιλεὺς δὲ καὶ αὖθις δευτέραν ἐποιήσατο πρεσβείαν, καὶ πάλιν ἠξίου τῶν πόλεων αὐτῷ παραχωρεῖν κατὰ τοὺς ὅρκους. Εἰ δὲ μὴ βούλοιτο, ἠπείλει πολεμήσειν· ἠξίου τε μὴ αὐτῷ προσλογίζεσθαι ἐσομένους φόνους καὶ τοὺς ἀνδραποδισμούς· τῆς γὰρ Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως διεφθαρμένης ὑπὸ τοῦ συγγενικοῦ πολέμου, ἀναγκαίως χρήσεσθαι βαρβάροις κατὰ συμμαχίαν. Ἃ ἐκέλευε σκεψάμενον τὰ δέοντα ποιεῖν. Ὡς δὲ καὶ μετ' ἐκείνην τὴν

πρεσβείαν, οὐδὲν ὁ Κράλης ἐποίει τῶν δεόντων, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπολοίπους ἐπολιόρκει πόλεις, πέμψας πρὸς Ὀρχάνην τὸν γαμβρὸν ὁ βασιλεύς, μετεκαλεῖτο στρατιάν· καὶ παρῆσαν ὑπὲρ μυρίους τῶν Βαρβάρων, ὧν Σουλιμὰν μετὰ τῶν ἀδελφῶν οἱ τοῦ Ὀρχάνη παῖδες ἐστρατήγουν. Πέμπει δὴ μετὰ τούτων καὶ Ματθαῖον τὸν υἱὸν ὁ βασιλεὺς τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς ἡγούμενον, καὶ ἐκέλευε τοὺς ὅρους τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας διελθόντας ἀβλαβῶς οὕτω πορθεῖν τοὺς Τριβαλλούς. Οἱ Βάρβαροι δὲ ὡς μόνον ἐπέβησαν Μυγδονίας, τὸ περὶ Χριστούπολιν τείχισμα διαβάντες, πυθόμενοι ὡς ὑπὸ Κράλην αἱ πόλεις ἄγοιντο, εὐθὺς ἐτράποντο ἐπὶ λεηλασίαν, ὀλίγα φροντίσαντες τῶν στρατηγῶν, καὶ τὰς κώμας πάσας ἐξεπόρθησαν, καὶ τὰς πόλεις κατέδραμον τὰς κατὰ Μυγδονίαν καὶ ἀπέκτειναν τε πλείστους καὶ ἠνδραποδίσαντο οὐκ ὀλίγους· λείαν τε πλείστην θοριάλωτον ἐλάσαντες, ἀνέστρεφον καὶ ἐπεραιοῦντο κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον εἰς τὴν οἰκίαν. Βασιλεὺς δὲ πυθόμενος τὴν ἀταξίαν τῶν Βαρβάρων, οὐ μετρίως ἠνιᾶτο, ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐδόκει τὸν πόλεμον αἱρεῖσθαι, τούτους διέφθειρεν ἡ συμμαχεῖν δοκοῦσα στρατιά.

nerunt, et urbes illas a Crale teneri intellexerunt, ducum imperia parvipendentes, ad populationem sese illico effuderant, vicosque omnes vastaverunt, et urbes Mygdoniæ finitimas incursarunt, occideruntque et captivos egerunt quamplurimos: atque cum opima præda armis quæsita, **720** per Hellespontum in Bithyniam redierunt. Imperator ut Barbaros desernisse ordines audivit, molestissime tulit: quandoquidem in quorum utilitatem bellum hoc susceperat, eos ipsos hi, qui se pro sociis adjuturi videbantur, perdiderant.

CAPUT V.

Imperator juniorem filium et generum despotas creat. Matthæum ultra extollit. Fratres uxoris sebastocratoras facit. Inopia pecuniæ magna undique: de ea viritim exigenda. Iterum contra sycophantas se defendit, de quibus vehementer conqueritur. De Barbaris in socios ascitis se purgat, et de republica juvanda sententias quærit.

Μετὰ τοῦτο καὶ εἰς Θετταλίαν τριήρη πέμψας, τὸν υἱὸν μετεπέμπετο Μανουήλ· ἐπεὶ δὲ ἦν ἐν Βυζαντίῳ, ἐκεῖνον μὲν καὶ τὸν γαμβρὸν Δούκαν τὸν Νικηφόρον, δεσπότας ἀπεδείκνυ. Ματθαῖον δὲ τὸν πρεσβύτερον υἱὸν ἀξίας μὲν οὐδεμιᾶς ὀνομαστὶ ἠξίου, τιμὴν δὲ παρεῖχε τὴν ὑπὲρ δεσπότας, ὡς εὐθὺς εἶναι μετὰ βασιλέα, ἣν ὁ πρῶτος τῶν Παλαιολόγων βασιλέων Μιχαὴλ ἐκαινοτόμησεν ἐπὶ υἱῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Πορφυρογεννήτῳ, ἣ ἐδόκει πλέον τι τῆς τῶν δεσποτῶν ἀξίας ἔχειν. Τοὺς γυναικὸς δὲ τῆς βασιλίδος ἀδελφοὺς Ἰωάννην καὶ Μανουὴλ σεβαστοκράτορας ἀπέδειξεν. Ὁρῶν δὲ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν δεινῶς ὑπὸ τοῦ ἐμφυλίου πολέμου διεφθαρμένην καὶ καταφρονουμένην ὑπὸ τῶν περιοίκων, ἀμύνασθαι δὲ ἀδύνατος ἔχων διὰ σπάνιν τῶν χρημάτων (νεῦρα γάρ τις καιρίως εἶπε τὰ χρήματα τοῦ πολέμου), καὶ μήτε οἰκοθεν ἔχων χορηγεῖν, μήτε ἐκ τῶν δημοσίων· τά τε γὰρ χειμήλια ἀνάλωται πάντα τὰ βασιλικά, καὶ αἱ πρόσοδοι αἱ κοιναὶ ἐξέλιπον, τῆς χώρας καθάπαξ ὑπὸ τοῦ πολέμου διεφθαρμένης, καὶ νήσων καὶ ἠπειρωτίδων πόλεων, τῶν μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων κατεχομένων, τῶν ἐπιλοίπων δὲ εἰς ἰσχάτην ἀπορίαν ἔκ τε τῶν ἔξωθεν ἐφόδων, καὶ τῶν ἔνδον στάσεων ἡκόντων· τρέφεσθαι δὲ ἐνῆν τοὺς στρατιώτας οὐδαμόθεν· πάντες δὲ ἦσαν ἄχρηστοι καὶ ἄοπλοι ὑπὸ πενίας· καὶ οὐδεμία ὄνησις ἐκείνων ἦν, καὶ ταῦτα πολλῶν ὄντων καὶ ἀγαθῶν, ἀπορίᾳ πανταχόθεν συνεχόμενος, ἐσκέψατο εἰσφορὰν ποιήσασθαι ἐκ τῶν ἰδίων πάντας, ἵν' αὐτοί τε σώζοιντο οἱ ἔχοντες, καὶ τοὺς ἀπόρους συνδιασώζοιεν. Οὕτω δὲ σκεπτομένῳ οὐ βίαν εἰσφέρειν ἐδόκει δεῖν μέλλοντι ὑπὲρ αὐτῶν τῶν εἰσφερόντων τὰ χρήματα ἀναλίσκειν· ἀλλὰ πείθειν παραινέσαντα μᾶλλον πρὸς τὴν πρᾶξιν ἑκόντι χωρεῖν. Καὶ κοινὴν ἐκκλησίαν ἐκ πάσης ἰδέας βίου συναθροίσας ἐκ τῶν Βυζαντίου πολιτῶν· οὔτε γὰρ ἔμπορος ὑπελείπετο οὔτε στρατιώτης, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι παρῆσαν,

Sub hæc missa triremi in Thessaliam, filium Manuelem accersit, eumque Constantinopoli cum Nicephoro duca genero suo despotam declarat. Matthæum seniorem filium nulla dignitate nominatim cohonestat; honore tamen supra despotas effert; nempe ut esset imperatori proximus: quem honorem primus Palæologorum imperator Michael, propter filium Constantinum Porphyrogenitum invenit, videbaturque ea dignitas despotarum dignitati antecellere. Fratres uxoris Joannem et Manuelem sebastocratoras legit. Cæterum autem Romanum imperium civili bello vehementer quassatum et attritum atque a vicinis cum propter inopiam pecuniæ (quam quidam nervos esse belli non inscite dixit) ulcisci se non posset, quod nec de suo, nec de publico sumptus suppeditaret; quæ enim in thesauris imperatoriis reposita habebantur, absumpta erant omnia: et vectigalia regione funditus direpta ac devastata defecerant; et insulæ atque continentis urbes aliæ hostibus serviebant, aliæ propter hostiles incursiones foris, et civium discordias intus, extremis difficultatibus conflictabantur; nec suppetebat in milites alimonia, qui quamquam multi ac strenui, præ egestate, qua undique premebantur, erant inermes atque inutiles; edicere cogitavit, ut cives de facultatibus suis viritim conferrent, quo et ipsi qui haberent, et ii qui egerent una servarentur. Hoc meditanti occurrit vim abstinendam, siquidem illam ipsam pecuniam collatitiam pro conferentibus insumpturus esset, sed hortando potius ad id libenter faciendum impellendos. Inde conventu civium Byzantiorum ex omnibus ordinibus indicto (nam et mercatores, et milites, et opifices, **721** et plebs infima frequens, et sacrorum monasteriorum præfecti, et ecclesiarum procuratores confluebant, in medium progressus sic infit dicere: Veterem

Romani imperii felicitatem, viri Romani, admiranda fuisse, et Barbaros circumjacentes, alios quidem ab iisdem victos et subjugatos esse, alios mansisse semper stipendiarios, clarissimos autem, eosdemque præpotentes satis se beatos putavisse, si illos amicos et socios haberent, pariqne cum iis jure suis rebus integris viverent, vos quoque universi propemodum non ignoratis. Verum hæc augusta, et admiranda', et hodie fama tantum, velut si extra ultimam Thulen (84) gesta essent, celebrata, tandiu viguerunt, quandiu æque omnibus, imperatoribus nimirum et privatis communis gloria cordi fuit, et publica commoda privatis antelata. Ex quo autem imperatores litigare et contendere de summa rerum, et hostes oppugnare parentes, cum consanguineis confligere coeperunt, aliique communi salute neglecta, et quam debebant, obedientia legum ac principum abjecta, ad proprios quæstus omni ratione comparandos incubuerunt : mista sant ima summis, et summa infimis, gloriæque nostræ damnum longe maximum fecimus, eoque infirmitatis recidimus, ut jam non amplius quomodo alios subigamus, sed ne ipsi ignaviter ac turpiter subigamur, providendum sit. Quod igitur liberis imperatoris insidias nequaquam fecerim, nec regnandi cupiditate paterno eos principatu spolians huc venerim, cuivis ex ipsa re evidenter licet perspicere. Si enim, ut sycophantæ clamitant, hoc ab initio in animum induxissem, post tam atrox bellum, et clades multifariam illatas, post ereptas mihi facultates, propinquorum et amicorum tantas ærumnas, nunc certe, quando omnia in manibus meis sunt, quod constituissem exsequerer. Quocirca et majores malto Numini gratias ago, quando non pacem illis amplectentibus, neque ad pacta descendentibus (tametsi id ego rogarem creberrime), sed bellantibus quantum vires paterentur, nihilque in hoc genere non audentibus, solo Deo mihi favente pugnans, omnibus evasi superior. ne propter conventa et juramenta, sed propter veterem animi mei moderationem, et cum singulari illo mecumque quondam conjunctissimo imperatore amicitiam filiis ejus parcere, et paternum eis imperium custodire existimer. **722** Si ergo quemadmodum a principio ipse cogitabam, ad communem Romanorum fructum scilicet, omnes actiones meas dirigere, impendereque pecunias meas tantas, quantas vos scitis, et nullum laborem aut discrimen subterfugere, si hæc, inquam, alii cogitassent, et me impigre secuti fuissent, aut quod minus est, saltem me non prohibuissent, non hoc tempore de nostra libertate retinenda,

καὶ τοῦ δήμου οὐκ ὀλίγοι, καὶ τῶν ἱερῶν φρουτιστηρίων οἱ ἐξηγούμενοι, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν οἱ προστάται· καὶ καταστὰς εἰς μέσους εἶπε τοιάδε· Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, τὴν μὲν ἀρχαίαν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας εὐδαιμονίαν ὡς θαυμαστή τις ἦν, καὶ τῶν περὶ αὐτὴν οἰκούντων Βαρβάρων, τῶν μὲν ἐκράτει καὶ ὑποχειρίους εἶχεν, οἱ δὲ ὑπόφοροι διετέλουν, οἱ περιφανέστατοι δὲ καὶ δοκοῦντες μεγάλην δύναμιν περιβεβλῆσθαι ἀγαπητὸν ἡγοῦντο εἰ φίλους καὶ συμμάχους ἔχοιεν, καὶ ἐξ ἴσης φέροιντο αὐτοῖς· μηδὲν πλεονεκτούμενοι, οὐδ' ὑμεῖς ἀγνοεῖτε, εἰ καὶ μὴ πάντες. Ἀλλὰ ταῦτα δὴ τὰ σεμνὰ, καὶ θαυμαστὰ, καὶ μόνον φθόμενά νυνὶ, ὥσπερ τινὰ τῶν ἔξω θούλης εἰργασμένων, μέχρι τότε περιῆν, ἄχρι πᾶσιν ὁμοίως καὶ βασιλεῦσι καὶ ἰδιώταις τῆς κοινῆς ἔμελεν εὐδοξίας, καὶ τῶν ἰδίᾳ συμφερόντων τὰ κοινῇ προὐτίθεσαν. Ἀφ' οὗ δὲ τοῖς τε βασιλεῦσιν ἔρις ἐνέπεσεν ἐσχάτη καὶ φιλονεικία περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ μετὰ τῶν οἰκείων μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις ἀποσχόμενοι, ἀλλήλοις συνεβρήγνυσαν, καὶ οἱ ἄλλοι τῆς κοινῆς ἀμελήσαντες σωτηρίας, καὶ τοῦ πειθαρχεῖν τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἄρχουσιν, ᾗ προσῆκε τῶν ἰδίᾳ τι διαφερόντων μάλιστα ἀντεποιήσαντο, πάντα ἄνω καὶ κάτω γέγονε, καὶ τῆς τε εὐδοξίας ἀφῃρήμεθα τὸ πλεῖστον, καὶ εἰς τοσοῦτον ἤκομεν ἀδυναμίας, ὥστε μηκέθ' ἡμῖν ἐπὶ τῷ καταδουλοῦν ἑτέρους τὸν λόγον εἶναι, ἀλλ' ὅπως μὴ αὐτοὶ αἰσχρῶς καὶ ἀγεννῶς δουλεύσομεν. Ὡς μὲν οὖν καὶ αὐτὸς οὐκ ἐπεβούλευσα βασιλέως τοῖς παισὶν, οὐδὲ βασιλείας ἐρῶν, ἢ τῆς πατρῴας ἡγεμονίας αὐτοὺς ἀποστερῶν εἰς τοῦτο ἦλθον, πᾶσιν ἔξεστιν ἀπόδειξιν λαμβάνειν ἐναργῆ ἐκ τῶν πραγμάτων. Εἰ γὰρ, ὥσπερ οἱ συκοφαντται κατηγόρουν, τοῦτο προὐθέμην ἐξαρχῆς, οὐκ ἂν μετὰ τὸν τοσοῦτον πόλεμον καὶ τὴν παντοίαν τῶν δεινῶν ἐπιφορὰν, καὶ τῶν χρημάτων τὴν ἀποβολὴν, καὶ τῶν οἰκείων καὶ τῶν φίλων τὴν τοσαύτην κακοπραγίαν, νῦν ἀπεσχόμην τῆς προθέσεως, πάντα ἔχων ἐν χερσίν· δι' ἃ καὶ μάλιστα πολλαπλασίους χάριτας ὁμολογῶ τῷ Κρείττονι, ὅτι μὴ ἐκείνων τὴν εἰρήνην ἑλομένων μηδὲ πρὸς συμβάσεις χωρησάντων, καίτοι γε πολλάκις ἐμοῦ πολλὰ περὶ εἰρήνης δεηθέντος, ἀλλὰ πεπολεμηκότων ἄχρι καὶ τοῦ δυνατοῦ, καὶ οὐδενὸς ἠμελημένου τῶν ἡκόντων εἰς αὐτούς, τῇ ἀνωθεν μόνῃ συμμαχούμενος ῥοπῇ, πάντων περιεγενόμην, ἵνα μὴ δοκῶ διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συμβάσεις, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀρχαίαν ἐπιείκειαν, καὶ τὴν πρὸς βασιλέα τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον καὶ φίλτατον ἐμοὶ φιλίαν, τῶν παίδων τῶν ἐκείνου φείσασθαι, καὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν συνδιασώζειν. Εἰ μὲν οὖν, ὥσπερ ἐξαρχῆς αὐτὸς διενοούμην πάντα πράττειν ὑπὲρ τῆς κοινῆς Ῥωμαίων ὠφελείας, καὶ χρήματα ἀναλίσκειν τοσαῦτα ὄντα ὅσα ἴστε, καὶ πάντα πόνον καὶ κίνδυνον ὑφίστασθαι, καὶ οἱ ἄλλοι

Jacobi Pontani notæ.

(84) Etiam Virgilius I *Georg.* ultimam vocat, quod nimirum distaret longissime, esseique postrema, sive ultima inter insulas Romanis exploratas et cognitas. Strabo, lib. IV : *Magis etiam obscura est Thules historia, ob tam longinquum situm. Omnium enim quarum feruntur nomina, maxime versus septentrionem esse hanc dissitam aiunt.* Poetæ in maxima distantia, et loco longinquissimo significando, Thulen nominant.

(87) De tam nobili legatione imperatoris ad pontificem Romanum, et hujus ad imperatorem Cantacuzenum : de rebus tanti momenti inter eos actis, Platina in Clemente VI nullum plane verbum habet, quod quis non injuria miretur.

antecessoribus suis imperatoribus libentissime cedere, alacritate autem ad res honestas, et desiderio videndi Barbaros eadem pati, quæ Christianis tamdiu nefarie intulissent, nulli cedere. Legatis ita se habebat, et ibant ex sententia imperatoris omnia. Cum enim legati exposuissent papæ, quorum gratia venerant, ille exorsus, omnia bello gesta tam exacte, quam si coram adfuisset, recensebat. Mirantibus legatis, ac percunctantibus, unde hæc illi tam certa notitia, a Zampea Sabaudiensi femina, quæ in comitatu imperatricis inde ab exordio belli usque ad extremum versata esset, se accepisse dixit : quæ capto Byzantio in patriam remigrans, penitus omnia sibi uti contigissent, diligenter enarrasset : laudabatque et in cœlum tollebat imperatorem, qui adeo injuste armis oppugnatus, et calumniis ita vexatus, et bello tam multa indigna perpessus, post devictos hostes nihil parum ingenuum, aut pusilli animi præ se tulisset : neque malus sibi malis ac præsertim antea tot a se beneficiis affectis fuisset, sed cum Augusta et filiis ejus cum ut semet, tum ut studio illo imperatoris amici erga se dignum erat, egisse visus esset : et in alios omnes similiter sese mitem ac placidum, non solum commissorum pœnas a nemine reposcendo, sed contra studiose benefaciendo præstitisset. Illud vero in prima laude ducebat, quod imperatori adolescenti filiam copulasset, paternumque imperium ei restituisset. Tractatis autem legatis honorificentissime, in primis sedibus, in deductionibus, in decessionibus de via, et aliis quibus decuit, eos tandem dimisit, cum duobus episcopis, quorum unus (88) erat ordinis Minorum, Guilielmus nomine, alter ex Prædicatorum familia, Hugo de Spert vocabatur, uterque virtuti deditissimus, et in profanis litteris apprime versatus. Quare et in congressu erant festivissimi et poterat multum eorum ad persuadendum sermo. Quos imperator perbenevole et magno cum honore excepit, quotidieque cum illis jucunde collocutus est ; ipsique operæ pretium maximum duxerunt omnia, quæ is in dies singulos proposuisset, **734** et super propositis disseruisset, toto illo tempore, quo apud eum mansissent, litteris consignare, ne e memoria elaberentur. Quæ in Italiam secum portantes, ibique et papæ, et viris sapientibus exhibentes, quantus vir esset, ostendebant, et ore ipsi nihilominus ejus laudes prædicabant. Verum hæc posterius facta sunt. Tum vero sub adventum suum legationem explicant, cujus hæc erat summa. Primum cum bonis omnibus gratias agunt, quod junior imperator ejusque mater illi curæ sint : cum, quæ nemo unquam exspectasset, post tam sævum bellum, et inimicitias implacabiles, et criminatorum in illum scelus, non ad præterita respexerit, sed satis esse existimarit, si tantum belli causarum purus videretur, et quasi nihil novi intervenisset,

ἀγωνιζόμενον προθύμως. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων πλεονεκτημάτων τοῖς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκόσι ῥᾷστα ἂν παρεχωρήσειε, προθυμίας δὲ τῆς περὶ τὰ καλὰ καὶ τοῦ βούλεσθαι τοὺς Βαρβάρους ἐπιδεῖν πάσχοντας ἀντίῤῥοπα τοῖς τολμηθεῖσι κατὰ Χριστιανῶν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, οὐδενί· ἡ μὲν οὖν πρεσβεία τοιαύτη ἦν, καὶ πάντα ἐτελεῖτο κατὰ γνώμην βασιλεῖ. Διαλεγομένων γὰρ τῶν πρέσβεων τῷ πάπᾳ περὶ ὧν ἦκον, ἐκεῖνος τὸν λόγον ἀναλαβών, πάντα διηγεῖτο ἀκριβῶς, ὥσπερ ἂν αὐτὸς παρὼν τοῦ πολέμου τελουμένου. Θαυμαζόντων δὲ τῶν πρέσβεων καὶ πυνθανομένων ὅθεν εἰδείη ταῦτα ἐσφαλῶς, παρὰ Ζαμπαίας τῆς ἐκ Σαβωΐας ἔφασκεν ἀκηκοέναι βασιλίδι συμπαρούσης ἐν Βυζαντίῳ ἀπ' ἀρχῆς μάλιστα τοῦ πολέμου ἄχρι τέλους. Ἡ μετὰ τὸ βασιλέα Βυζάντιον ἐλεῖν, ἀπαίρουσα εἰς τὴν οἰκίαν, πάντα διηγεῖτο ἀκριβῶς, τῷ πάπᾳ συντυχοῦσα, ὡς ἐγένετο, μηδὲν ἀποκρύψασα τῆς ἀληθείας. Ἐπῄνει τε ὁ πάπας βασιλέα, καὶ ὑπερηύχετο αὐτοῦ, ὅτι πολεμηθεὶς ἀδίκως οὕτω, καὶ διαβληθεὶς ὑπὸ συκοφαντῶν, καὶ τοσαῦτα ἐνεγκὼν δεινὰ κατὰ τὸν πόλεμον, ἐπειδὴ τοῖς ὅπλοις περιεγένετο τῶν ἀντισχόντων, οὐδὲν μικρόψυχον ἔπαθεν, οὐδ' ἀγεννές· οὐδὲ ἐμνησικάκησε τοῖς κακοῖς περὶ αὐτὸν γεγενημένοις, καὶ ταῦτα ὑπ' ἐκείνου πρότερον πολλὰ εὐεργετηθεῖσιν, ἀλλὰ βασιλίδι τε καὶ τοῖς παισὶν ἄξιος ὤφθη ἑαυτοῦ, καὶ τῆς βασιλέως τοῦ φίλου περὶ αὐτὸν σπουδῆς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὁμοίως ἥμερος καὶ προσηνής, οὐ μόνον τῶν τετολμημένων δίκας μηδένα ἀπαιτήσας, ἀλλὰ καὶ φιλοτίμως εὐεργετῶν ἐξ ἀντιστρόφου. Μάλιστα δὲ ἐπῄνει τὸ τὴν θυγατέρα συναρμόσαι βασιλεῖ τῷ νέῳ, καὶ τὴν πατρῴαν ἀποδοῦναι βασιλείαν. Φιλοτιμότατά τε ὁ πάπας περὶ τοὺς βασιλέως πρέσβεις διετέθειτο ἐν προεδρίαις, καὶ προπομπαῖς, καὶ ὑπαντήσεσι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς προσήκουσιν, ἔπειτα ἀπέπεμπε, καὶ πρέσβεις δύο τῶν ἐπισκόπων συνεκπέμψας, ὧν ὁ ἕτερος τοῦ μενουρίων τάγματος ἦν, Γελιελμος προσαγορευόμενος. Οὔγγα δὲ Σπὲρτ ὁ λοιπὸς ἐκαλεῖτο ἐκ τῶν κηρύκων προσαγορευομένων ὢν· ἀρετῆς τε μάλιστα ἀντιποιούμενοι, καὶ τὴν θύραθεν σοφίαν εἰς ἄκρον μεμελετηκότες. Δι' ἃ καὶ μάλιστα ἡδεῖς ἦσαν ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πιθανοὶ πρὸς διαλέξεις. Οὓς ὁ βασιλεὺς μετὰ πολλῆς ἐδέξατο τῆς εὐμενείας καὶ τῆς τιμῆς, καὶ ἡδέως ὡμίλει ὅσημέραι καὶ συνῆν, αὐτοί τε προὔργου παντὸς ἐποιοῦντο τὸν χρόνον, ὃν αὐτῷ συνῆσαν ὅσα ἐπ' ἐκείνου προβληθεῖη καθημέραν, καὶ οἷα περὶ τῶν προβλημάτων διαλεχθεῖη γράφειν, ἵνα μὴ λάθῃ τῆς μνήμης ἐκρυέντα. Ἃ εἰς Ἰταλίαν ἀγαγόντες, καὶ πάπᾳ τε καὶ τοῖς ἐκεῖσε διαδόντες σοφοῖς μέγαν ἐκ τούτων ἀπεδείκνυον βασιλέα, καὶ ἀπὸ γλώττης οὐκ ὀλίγα ἐξηγούμενοι αὐτοί. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. Τότε δὲ μετὰ τὴν ἄφιξιν μικρὸν ἀπήγγελλον βασιλεῖ τὰ περὶ τῆς πρεσβείας. Τὰ δὲ ἦν πρῶτα μὲν εὐχαριστίαι καὶ εὐχαὶ τῆς περὶ βασιλέα τὸν νέον κηδεμονίας, καὶ βασιλίδα τὴν μητέρα· ὅτι ἃ μηδ' ἄν τις προσεδόκησε μετὰ τὸν τοσοῦτον πόλεμον, καὶ

Jacobi Pontani notæ.

(88) Gregoras quoque de his duobus episcopis, qui sub Andronico missi sint, confundit tempora, et rem totam imperfectissime negligentissimeque, ut solet, exponit lib. X.

τὴν ἄσπονδον ἐκείνην ἔχθραν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην τῶν διαβαλόντων, οὐ πρὸς τὰ γεγενημένα εἶδεν, ἀλλ' ἀρκεῖν ἡγήσατο τὸ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον αἰτίων ὀφθῆναι μόνον καθαρόν. Αὐτὸς δὲ ὥσπερ οὐδενὸς μεταξὺ καινοῦ γεγενημένου τὸ ἀρχαῖον ἦθος διεσώσατο, καὶ τὴν περὶ τοὺς βασιλέως παῖδας εὐγνωμοσύνην καὶ κηδεμονίαν, ἣν εἶχεν ἐξαρχῆς εὐθύς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν. Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐφοδον ἐμήνυε, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν τοῖς πρὸ αὐτοῦ Ῥώμης ἐπισκόποις εἶναι περισπούδαστον· μᾶλλον δὲ αὐτῷ τῶν ἄλλων εἶναι κατὰ γνώμην, καὶ πολλοῖς πολλάκις περὶ τούτου διειλέχθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν δυναστῶν, καὶ πάντας παρακαλεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον κοινῇ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἀπὸ τῶν Βαρβάρων τῶν Χριστιανῶν ἐσόμενον, καὶ αὐτὸν ἕτοιμον εἶναι καὶ χρήματα παρέχειν, καὶ στρατιὰν ὅσην ἂν μάλιστα ἐξῇ, καὶ μεγίστην πρὸς τὸν πόλεμον παρέχεσθαι συντέλειαν. Νυνὶ δὲ καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν αὐτοῦ λόγων, καὶ τῆς πρεσβείας ἐξωρμῆσθαι, καὶ χάριν αὐτῷ εἰδέναι ὑπὲρ τῆς προθυμίας ἧς ἐνδείκνυται τοῖς Βαρβάροις ὑπὲρ τῶν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐλομένων τὸν πόλεμον ἐπεγείρων. Εἰ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, ὧν αἴτιος σπουδάζει Ῥωμαίοις καταστῆναι, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν πραγματεύσαιτο τὴν ἕνωσιν, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ διεστηκότα τοῦ Χριστοῦ μέλη συναφθείη, οὐκ ἀνθρώποις μόνον πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς οὐρανίοις δυνάμεσι, καὶ αὐτῷ θεῷ μεγάλης ἂν εὐφροσύνης αἴτιος κατασταίη. Τοιαῦτα μὲν ὁ πάπας διὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπρεσβεύετο. Βασιλεὺς δὲ καὶ αὐτὸς πρῶτα μὲν τῷ πάπᾳ χάριτας ὡμολόγει τῆς τε περὶ αὐτὸν εὐνοίας, καὶ τοῦ κατὰ Βαρβάρων τῶν Χριστιανοῖς ἐχθρῶν ῥᾳδίως ἐξωρμῆσθαι, αὐτόν τε διπλῇ διὰ τὸν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἔλεγε χαίρειν πόλεμον· τοῦτο μὲν ὡς ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένων ὠφελείας ἔσοιτο· τοῦτο δ' ὅτι κοινωνὸς ἔσται καὶ αὐτὸς τοῖς τὸν καλὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνισομένοις. Οὕτω γὰρ εἶναι παρεσκευασμένος, ὡς καὶ ναυσὶ καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις καὶ ἵπποις, καὶ πᾶσιν οἷς ἔχει κατ' ἐκείνων ἐξορμήσων, κέρδος μέγιστον ἡγούμενος τὸ ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἀγωνιζόμενος ἀποθανεῖν. Περὶ δὲ τῶν διεστηκότων τοῦ Χριστοῦ μελῶν τῆς ἑνώσεως καὶ ἁρμονίας, καὶ τῆς εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν ὅσην ἔχει τὴν ἔφεσιν καὶ τὴν σπουδήν, οὐδὲ λόγοις δύνασθαι καταφανὲς ποιεῖν. Πλὴν οὕτως εἶναι καὶ πρὸς ταῦτα παρεσκευασμένον, ὥστ' εἰ δεήσειεν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας ἀποσφαγῆναι, οὐ μόνον ἐμπαρέξειν ἑαυτὸν προθύμως, ἀλλὰ καὶ μάχαιραν προσεπιδοῦναι· ἢ εἰ δόξειε κευθέντα διὰ τῆς τέφρας τοῦ ἐκείνου σώματος τὴν ἕνωσιν ταῖς Ἐκκλησίαις βραβευθῆναι, αὐτὸν ἐπὶ τὴν πυρὰν πρῶτον ἐπιθεῖναι ξύλα, δι' ὧν ἐκτεφρωθῆναι περιέσται. Δέον μέντοι τοῦτο τὸ μέγα τε καὶ θαυμάσιον, καὶ τῶν ἄλλων ἀντάξιον πάντων ἔργον, μὴ ἁπλῶς οὕτω καὶ εἰκῇ καὶ ἀπερισκέπτως γίνεσθαι· ἀλλὰ πολλῆς

A pristinis moribus vixerit; statimque a morte imperatoris Andronici benignam voluntatem ac sollicitudinem erga ejus filios susceperit. Præterea quod de bello Barbaris inferendo animum suum significarit. Et aliis quidem ante ipsum Romanis episcopis fuisse id optatissimum, sibi tamen longe magis, crebroque ac multum super eo cum Italiæ dynastis egisse, omnesque hortatum communiter ad opus, unde Christianorum libertas a Barbaris asseratur, et quod ad se attineat, ad pecuniam et copias, quantas maximas possit, omninoque ad sumptus non modicos pro sua parte conferendos paratum esse. Nunc etiam amplius ejus legatorumque verbis exarsisse : et gratias agere, cum se ad Barbaros pro Christi fidelibus expeditione lacessendos adeo

B propensum demonstret. Quod si præter alia bona, quæ Romanis conciliare enitatur, etiam Ecclesias concordia devincire conetur, ut divulsa Christi membra per eum conglutinentur, non hominibus duntaxat universis, sed cœlestibus etiam potestatibus, ipsique Deo id magnæ voluptati futurum. Hactenus papa per legatos episcopos. Imperator illi gratias agere de benevolentia, et quod ultro contra Barbaros Christianorum inimicos exarsisset, seque dupliciter hoc bello ketum esse : tum quia pro communi Christianoru a utilitate gerendum sit : tum quia et ipse tam pulchrum hoc certamen certantium socius et commilito futurus sit. Sic enim se statuisse, et classe, et sumptibus, et ar-

C mis, et equis, et quibuscumque possit rebus illos invadere : putareque se fore beatissimum, si in tali causa oppetere mortem contingat. **735** Quanto autem distractorum Christi membrorum conjunctio, atque concentus, et pax Ecclesiarum sibi desiderio ac studio sit, verbis se effari haud posse. Enimvero ad hoc tantopere ferri sese, et incitari, ut si pro concordia interfici oporteret (89), non solum interficienti jugulum, sed et gladium alacriter ipse porrigere vellet : aut si putaretur ipse exustus per cineres corporis sui Ecclesiis consensum conspirationemque tributurus, ipsum se ante alios ligna in pyram, qua in cinerem redigeretur, impositurum. Attamen tale, tam-

D que magnum, et admirabile, et unum instar omnium opus non ita indiligenter, ac temere, et inconsulto fieri, sed antegressa indagatione multa, omnique sedulitate ad vere bonum cognoscendum adhibita, sic demum ea eligere oportere, quæ fidem germanam et tutam complecti videantur. Ineptum quippe ac turpe videri, de quibusdam fluxis, et caducis consilia agitantes, quæ et adeptis haud ingens emolumentum; et frustratis leve damnum pariunt, in illis nullam diligentiæ partem omittere, ne, quod bonum apparet amittatur : cum de cœlestibus, et de veritate dogmatum fidei

Jacobi Pontani notæ.

(89) Parem Constantinus præ se tulit, cujus hoc dictum in *Annal.* tomo proditum est a Zonora, imperatorem nemini omnium, ac ne suis quidem membris propriis parcere debere, publicæ tranquillitatis conservandæ causa.

quæstio est, parva tangi sollicitudine, et fidere tibi soli, perinde ac si per te ad tam sublimem cognitionem sis idoneus. Hoc enim, hoc esse, unde a primordio in Ecclesia dissensio manaverit. Si enim, qui primi doctrinam (*m*), quæ nunc apud Roma-

πρότερον ἐρεύνης ἀξιώσαντας, καὶ πᾶταν σπουδὴν ἐνδειξαμένου; περὶ τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ, οὕτω χωρεῖν ἐπὶ τὴν αἵρεσιν τῶν δοκούντων ὀρθῶν καὶ ἀσφαλῶν περὶ τὴν πίστιν· ἄτοπον γὰρ περὶ ἐπιγείων μέν τινων βουλευομένους, ὧν μικρά τε ἡ ὄνησις ἐπιτυ-

Jacobi Gretseri notæ.

(*m*) Inanes sunt istæ, ne dicam vanæ, Cantacuzeni excusationes et tergiversationes, quarum similes adducit Nilus in suo libro de causis dissidii inter Latinos et Græcos. Quid enim a Latinis, præsertim a pontificibus Romanis, præstitum non est, ut Græci a pernicioso schismate revocarentur et ad ovile Christi redirent? Jure prædicet Ecclesia Latina suum erga Græcos studium illis verbis, quibus Ecclesiæ sponsus Christus sedulitatem suam, et desiderium juvandi Israeliticum populum declaravit. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas? et noluisti* Quid subditur? *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Græciæ in solitudinem redactæ testem habemus experientiam. Testes sollicitudinis qua Latina Ecclesia Græcam ad avia errorum delectantem in viam reducere studuit, laudare possumus, præter alios innumerabiles, duos summos pontifices Nicolaum hoc nomine primum, et Leonem IX, quorum scripta ad Græcos planum testatumque faciunt, quantopere Græciæ salutem quæsierint et procurarint. Sed Cantacuzenus desiderat synodum. Eadem sunt Nili et aliorum vota. At vix ignorare poterat Cantacuzenus, quoties propter controversias Græcos inter et Latinos excitatas synodi coactæ sint. Annon apud Barum celebratum est concilium a Græcis simul et Latinis tempore Urbani secundi, circa annum Domini 1090 in quo sanctus Anselmus evidentissimis rationibus Græcos convicit? Cujus concilii meminit ipse Anselmus libro *De processione sancti Spiritus*, et fusius rem narrat auctor Vitæ Anselmi, lib. II, qui eidem synodo interfuit. An non jam celebratum fuerat concilium Lateranense sub Innocentio tertio, anno Domini 1215 in quo definitum, Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, consentientibus, approbantibus et subscribentibus ipsismet Græcis? Quid dicam de concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo, cui similiter Græci interfuerunt, et omnibus consentientibus cantatum est Symbolum cum additione: *Filioque*: ter Græce, ter Latine. Taceo concilium Florentinum, quia Cantacuzenus diu ante illud vivere desiit. Taceo tot summorum pontificum super his quæstionibus responsa; ut proinde minime audiendus sit, qui post tot judicia aliud judicium quærit. Præclare Capreolus, episcopus Carthaginensis, in epistola ad Patres magni concilii Ephesini: *Si quis in ea quæ jam olim dijudicata sunt, denuo inquirere tentaverit, is sane aliud nihil facere censebitur, quam de fide, quæ hactenus valuit, aperte dubitare. Unde ad posteritatis exemplum, tum ut ea quoque, quæ jam olim pro Catholica fide definita et constituta sunt., perpetuam firmitatem obtinere valeant, oportet ea omnia inconcussa, immotaque conservare, quæ superioribus temporibus a sanctis Patribus constituta sunt;* quia, ut Marcianus imperator recte ait, *injuriam facit judicio reverendissimæ synodi, si quis semel judicata et rectè disposita revolvere et publice disputare contenderit.*

De indesinenti studio Latinæ Ecclesiæ revocandi Græcos ab errore hæc Gennadius, libro pro Concilio Florentino, cap. 5, sect. 16: *Post inobedientium et schisma Nicolaus primus ipsemet Constantinopolim profectus est, Photii tempore, ut tolleret schisma, quem cum non recepissent, excommunicationi ab eo subjecti sunt. Post hunc summi pontifices per temporum vices non destiterunt scribere et hortari Græcos ad Ecclesiæ conversionem et obedientiam, quousque coacta est synodus apud Lugdunum, quam Græci octavam vocant; cujus auctor exstitit Gregorius papa decimus, et unio est subsecuta. Sed iterum defecerunt, et iterum legatos Ecclesiæ receperunt. Cogitur synodus Constantinopolitana cum papæ legatis, Joannis Becci temporibus Constantinopolitani patriarchæ, et unionem amplexi sunt ad breve tempus, obedientiam ostendentes et pacem; sed postea rursus ad suum et proprium vomitum reverterunt. Sed nec rursus defatigati sunt Ecclesiæ catholicæ præsides eos ad obedientiam et pacem excitare. At illi, cum semel obsurduissent, non paruerunt. Protracta est igitur res usque ad nos, aspeximusque nostris oculis, quod multi vate nos patriarchæ et reges videre exoptarunt, nec viderunt. Nos vero vidimus beatissimum Eugenium IV Romanæ Ecclesiæ pontificem summum quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, triremibus missis et sumptibus, ut hoc magnum vulnus sanaretur, celebratuque est synodus ingens et admirabilis Ferrariæ et Florentiæ insignibus Italiæ urbibus, magna doctorum et sapientum virorum frequentia, et theologiæ scientia ac virtute illustrium. Tandem decretum sanctum est omni sapientia et veritate conspicuum, quod ubique est promulgatum, et ab omnibus gentibus receptum. Græci vero et ex iis qui pejoris sunt conditionis, vulgares quidam homines et indocti huic contradicunt, ac si quis rationis particeps decreto contradicit id non a doctrina proficiscitur, sed ab animi pravitate, falsa et stulta præsumptione et gloria inani, quam ex vulgi imperitia aucupantur.* Ita pro Latinis Gennadius patriarcha Græcus.

Cæterum non modo res toties discussa, disceptata et dijudicata, sed etiam summa obstinatio, pertinacia, levitas, et arrogantia Græcorum, et ipse etiam schismaticorum genius, Latinos a concilio rursus cogendo absterrere merito poterat. *Cum multitudo ita confirmata et in fide defixa sit,* inquit schismaticus Gregoras, qui hoc ipso tempore vivebat, *ut ferri naturam facilius mutes, quam eos paululum a patriis dogmatibus abducas: quid opus est disputationibus* (et Conciliis) *nihil profuturis? Ut enim et ipse Apostoli verbis opportune utar, persuasum habeo, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque altitudinem, neque profunditatem, neque ullam aliam creaturam posse populum a patriis institutis et decretis abducere.* Hæc Gregoras ad finem lib. X *Hist. Byzantinæ.*

Levitatem Græcam arguit tam crebra ad vomitum reversio. Quoties ab erroribus extracti, in errores reciderunt? Vix domum venerant ex concilio Florentino, et mox fidem Latinis datam violarunt: *Græci domum reversi,* inquit Laonicus, lib. VI, *non amplius his, quæ convenerant in Italia stare voluerunt: sed apprehendentes sententiam diversam, noluerunt amplius in religionis negotio adhærere Romanis. Hinc motus pontifex Romanus viros quosdam doctos Byzantium ad Græcos misit, ut cum his in colloquium venirent, qui quidem synodum et concordiam, in Italia factam, non admittebant. Nam Marcus Ephesi episcopus, et Scholarius Græcorum doctissimus, ne quidem ab initio Latinorum dogmati consensum præstare voluerunt. Ubi ad colloquium et disputationum ventum est, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reversi*

γνῶσι, καὶ ἡ ζημία τοῖς φαυλοτέρα. περὶ τούτων μὲν πᾶσαν ἐνδείκνυσθαι σπουδήν, μὴ τοῦ δοκοῦντος

A nam Ecclesiam viget, intulerunt, non sibi tantum arrogasset, neque alios vilipendissent, sed in me-

Jacobi Grelseri notæ.

sunt. Hæc de Græcorum levitate et versatili ingenio Laonicus, Græcus ipse. Quod scribit de Georgio Scholario, qui postea patriarcha Constantinopolitanus factus Gennadii nomen assumpsit, id falsum est, si velit Laonicus Scholarium decretis synodi Florentinæ nunquam assensum esse instar Marci illius Ephesini; non enim satis habuit assensum præbuisse, sed et insuper doctissimam et validissimam apologiam pro decretis concilii illius adversus Græcos edidit, quæ Latine exstat. Nec probabile est, quod auctor Turco-Græciæ sine auctore prodidit, Scholarium postea improbasse decreta synodi. Unde enim hoc constat illi sectario? Nam Laonicus, quem citat, non dicit eum dissensisse, postquam assensus fuerat, sed ab initio non assensum esse, quod qua ratione verum sit, paulo antea explicatum est. Imo Gennadius apologiam pro concilio non conscripsit in ipso concilio, sed postea, cum Græci a recto tramite resilirent.

Fastus, arrogantia, et ambitio Græcorum, vel inde potissimum elucet, quod nihil non tentarunt, ut patriarchæ Constantinopolitano primas vindicarent, tametsi legibus divinis humanisque invitis. Quare cum inficiari non possent Romanum pontificem in ecclesiastica hierarchia supremum esse, duplici commento hoc supremæ dignitatis fastigium ad se transferre conati sunt; primo enim dixerunt, pontifici non competere primas, divino instituto et concessu, sed imperatorum nutu, dono et privilegio, ac proinde in imperatoris manu esse, primas Romano pontifici adimere, iisque Constantinopolitanum præsulem insignire, imo et reipsa insignisse tunc, cum Roma Constantinopolim imperium transtulit. Ita sentit et scribit Anna Comnena filia Alexii Comneni imperatoris lib. I *Alexiadis:* cum enim nescio quæ de pontifice Romano recensuisset, et hæc, inquit, perpetrat ille, qui universo orbi præsidet: Ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Λατῖνοι λέγουσι καὶ οἴονται. Ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἀλαζωνείας αὐτῶν. Μεταπεπτώκοτων γὰρ τῶν σκήπτρων ἐκεῖθεν ἐνθάδε εἰς τὴν ἡμετέραν βασιλίδα πόλιν, καὶ δὴ καὶ τῆς συγκλήτου, καὶ τῆς ὅλης βασιλικῆς τάξεως, μετατέτιμωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, καὶ δεδώκασιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Χαλχηδόνι σύνοδος· εἰς περιωπὴν πρωτίστην τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀναβιβασαμένη τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διοικήσεις ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον ἐποίησεν· *Quemadmodum Latini dicunt et opinantur. Est enim et hoc arrogantiæ illorum argumentum. Inde namque in hanc regiam urbem translatis imperio, senatu, totoque imperatorio ordine, translatus itidem est episcopalium sedium ordo, et superiores imperatores primas tribuerunt sedi Constantinopolitanæ, et maxime synodus Chalchedonensis, qua Constantinopolitano antistiti ad summum et primum spectatum cæcto, omnes totius orbis diœceses subjecit.* Hæc Anna, vel schismaticus, cui Anna Cæsarissa nomen suum supposuit: quæ verba adducit Lyricus in catalogo testium veritatis, et auctor Turco-Græciæ, qui Annæ codicem ex bibliotheca Augustana nactus videtur; quos talibus mendaciis et imperitiis in cathedram Petri, Christique vicarium insurgere, nil mirum: validiora enim arma non habet falsitas, quam mendacia et inscitiam. Quid imperitius, quam existimare primatum ecclesiasticæ hierarchiæ pendere ab imperatoris arbitrio, et a loci urbisve amplitudine et majestate? Quid mendacius quam imperatores Constantinum Magnum, alosque, qui sceptra potiti sunt usque ad exortum schisma, Constantinopolitanam Ecclesiam superiorem fecisse Romana, vel etiam parem? Vel unica Justiniani Novella de ecclesiast. tit. et privileg. mendacium hoc evidenter coarguit, ubi primæ deferuntur Romano pontifici; secundæ Constantinopolitano: *Sacrorum conciliorum dogmata, sicuti sanctas Scripturas accipimus,* inquit imperator, *ideoque sanximus secundum eorum definitiones sanctissimum senioris Romæ papam primum esse omnium sacerdotum; beatissimum autem Constantinopoleos novæ Romæ secundum habere locum post sanctam apostolicam senioris Romæ sedem.* Et in Novella, *ut Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione,* sic loquitur idem imperator. *Ut legum originem anterior Roma sortita est, ita et summi pontificatus apicem apud eam esse, nemo est qui dubitet.*

B Falsissimum porro est, quod Anna addit de synodo Calchedonensi; nullum enim verbum in tota illa synodo, quo principatus ecclesiasticus et cura omnium Ecclesiarum episcopo Constantinopolitano deferatur. Conatus quidem est Anatolius Constantinopolitanus antistes canonem quemdam in concilio Calchedonensi condere in gratiam, commodum et præeminentiam suæ sedis: verum in eo canone non tribuit Anatolius cum suis assedis primas episcopo Constantinopolitano, sed Romano: secundas defert Constantinopolitano, nec defert illi curam omnium Ecclesiarum totius mundi, ut Anna commiuiscitur, sed Ponti, Asiæ, Thraciæ. Deinde canon ille plane subreptitius est, nullius momenti et roboris; quippe apostolicæ sedis legatis absentibus non sine astu conditus in præjudicium præcipue Alexandrinæ Ecclesiæ. Quocirca altero a condito canone die, statim reclamarunt apostolicæ sedis legati, neque ullo modo, quod per summam fraudulentiam et injuriam actum fuerat, suffragiis C et assensu suo comprobarunt: de quo consulat, qui plura cupit, illustrissimum cardinalem Baronium, tom. VI *Annalium*, anno Christi 451. Nec refert, quod Anatolius in sua posuit o illo canone se refert ad Canonem concilii Constantinopolitani centum quinquaginta episcoporum sub Theodosio Magno; nam neque iste canon largitur tantum episcopo Constantinopolitano, quantum fabulatur Anna, secundas enim concedit, non primas. Deinde quia et iste canon ex eodem ambitionis fonte manavit; et vel in illo concilio non est conditus, vel si in illo conditus est, a paucis, non sine fraude et fallacia conditus est, neque unquam a tota synodo aut pontifice Damaso probatus, ut copiose ostendit Baronius tom. IV *Annal.*, anno Christi 381. Et tamen Græci, et in his præcipue Nilus, arcem suæ causæ in his figmentis et impesturis collocant. Nec ideo Romanus pontifex primatum a conciliis aut ab imperatoribus habet, quia concilia et imperatores, nominatim Justinianus, testantur et debuerunt in suis decretis et Legibus Romanum pontificem esse omnium primum, quia his sanctionibus non tribuunt illi primam et supremam potestatem, sed declarant et definiunt, quid illi jure divino competat; idque quod jure divino illi competit, competere etiam volunt jure suo, hoc est, ecclesiastico et civili, tanquam juris divini interprete; ut eo minus auctoritas et potestas illius primaria in dubium ab improbis revocari possit. Non enim pontifex Romanus accepit primatum a conciliis aut imperatoribus, sed ab illo, qui Petro et successoribus sancti Petri in Petro dixit: *Tu es Petrus et super hanc petram,* etc.; et, *Pasce oves meas.* Quod nulli ex Constantinopolitanis patriarchis dictum. Hæc si Nilus advertisset, minus fortassis inepiarum in libello suo de primatu pontificis effudisset.

Alii Græci alia via et ratione primatum ad se rapere tentarunt; conspicati, opinor, se apud per-

dium ab aliarum Ecclesiarum rectoribus discutiendam proposuissent, tantum mali non vidissemus,

A ἀγαθοῦ διαχρατεῖν, περὶ οὐρανίων δὲ τοῦ λόγου ὄντος, καὶ τῶν περὶ τὴν πίστιν ἀπλανῶν δογμάτων,

Jacobi Gretseri notæ.

spicaciores parum effecturos. si primam illam viam inirent et tenerent; quid enim insulsius et stolidius, quam asserere, primam et supremam dignitatem in ecclesiastica hierarchia pendere ab arbitrio imperatoris? Aliam ergo rationem ambitiosæ suæ cupidini satisfaciendi excogitarunt: Romanam enim Ecclesiam passim apud suos traduxere, quasi in nonnullis fidei capitibus a sacris Litteris, et ab apostolicis traditionibus penitus deviet, perniciososque errores foveat, tueatur, et omnibus amplectendos obtrudat. Quapropter eam primæ sedis honore et culmine excidisse, hancque dignitatem ad Constantinopolitanum præsulem transiisse dictitahant. Primi, qui hanc viam paulo expressiore pede presserunt et institerunt videntur fuisse Patres illi B Trullani; qui ut turpissimam ambitionem, qua æstuabant, honestatis quasi velo obnuberent, varia in Latinorum Ecclesia carpere, imo et damnare ingressi sunt: ut continentiam seu cælibatum ministrorum Ecclesiæ, jejunium Sabbati; ipsi enim Sabbato non jejunant. Missam perfectam et completam in Quadragesima; ipsi enim excepto die Dominico, Sabbato, et festo Annuntiationis, cæteris Quadrages*imæ diebus celebrant Missam, quam vocant, τῶν προηγιασμένων, id est, *ex præsanctificatis*, ad eum fere modum, quo Latini die sacro Parasceves ex præsanctificatis offerunt; etsi Græci non unam tantum speciem, ut Latini, sed utramque adservant, et in hac sua Missa adhibent. Accusarunt etiam Latinos, quod a sanguine et suffocato non abstineant, quod aditum ad sacrum altare laicis non intercludant, ut id genus alia prætream: quibus accusationibus viam non sibi, sed aliis munierunt, ut pontificem Romanum de sua dignitate C excidisse publice prædicarent. Nam ipsis satis fuit in præsenti ova posuisse, quæ alii excluderent, canonemque de episcopo Constantinopolitano condidisse longe impudentiorem, quam impostores tempore Concilii primi Constantinopolitani et Calchedonensis: de quo plura Franciscus Turrianus lib. de sexta, septima, et octava synodo. Secutus est Photius, qui quæ Trullani isti legislateres inceperant, perficeret, ambitione throni Constantinopolitani simul et furore in Nicolaum primum pontificem, et in cæteros Romanos præsules incensus, quod obstarent, ne sedem Constantinopolitanam contra jus et fas occupatam quiete possideret. De Photio dici potest, quod Tertullianus libro contra Valentinianos, cap. 4, de Valentino: *Speraverat episcopatum Valentinus* (Photius) *quia et ingenio poterat, et eloquio. Sed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit (ut solent animi pro prioratu exciti* D *præsumptione ultionis accendi) ad expugnandam conversus veritatem, et cujusdam veteris opinionis semini actu colubroso viam delineavit.* Hæc Tertullianus de Valentino, ego de Photio; qui ira exasperatus adversus Latinos insurrexit objectans cum ea, quæ Patres Trullani, tum præsertim processionem Spiritus sancti e Patre et Filio, et additionem illam ad Symbolum: *Filioque*. Exstat hoc argumento liber Photii in bibliotheca Bavarica.

Tandem Leone IX pontifice maximo, Græci omnis jugi jam impatientes in perpetuum et generale schisma eruperunt, ductibus Michaele episcopo Constantinopolitano, et Leone episcopo Achridano in Bulgaria, contra quos ut longissimam, ita et doctissimam epistolam scripsit Leo IX pontifex, accurate omnes eorum querelas seu potius criminationes refellens, qui Romanæ Ecclesiæ potissimum crimini dabant, quod in azymis rem divinam faceret. Addiderunt postea alii Græci alia, ut communionem sub una tantum specie; morem semel duntaxat mergendi vel tingendi eos qui baptizantur; morem non præbendi Eucharistiam, aut confirmationem administrandi infantibus; purgatorium, sanctorum beatitudinem; verba consecrationis in sacrificio Missæ, et hujus generis plura, quibus Græci in eum fastum superbiæque typhum elati sunt, ut Romanæ Ecclesiæ non modo vale, sed et anathema dicerent, suamque, hoc est Constantinopolitanam, quasi omnium principem, jactitarent et venditarent. Hinc illa plena insolentiæ oratio Jeremiæ patriarchæ Constantinopolitani in censura ad Lutheranos cap. 13: Ἐπεὶ τοίνυν ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία πατρὶς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἡγεμονεῖ ἐν τῇ γνώσει τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἄσπιλον αὐχεῖ ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν διατάγμάτων, καὶ ἤδη ἡ νέα τὰ πρεσβεῖα τῆς ὀρθοδοξίας εἴληφε, καὶ εἰς κεφαλὴν τέτακται, δέον ἐστὶ καὶ πᾶσαν Χριστιανῶν Ἐκκλησίαν οὕτω τι τῆς λειτουργίας ἱερουργεῖν· *Quoniam igitur quæ apud nos est sancta Dei Ecclesia, patria ecclesiarum est, et per gratiam Dei excellit cognitione: de sinceritate gloriatur in claritate apostolicorum et paternorum institutorum: et jam hæc nova* (Roma) *principatum rectæ doctrinæ, capitisque locum obtinet, par est, ut omnes Christianorum Ecclesiæ ad hunc modum sacras liturgias celebrent.* Ita cæci isti de sua impietate et mendicitate sibi blandiuntur, et se principes esse somniant, cum sint omnium mortalium abjectissimi et miserrimi. Sed satis de arrogantia Græcorum, quæ, ut supra dicebam, Latinos merito remorari poterat, ne cum Græcis synodice convenirent, non modo sine fructu, sed et sine ulla spe fructus; præsertim cum isto etiam concilio concilium petere soliti fuerint, ut Romanum pontificem in ordinem cogerent: hocque concilii conventu indicarent, supremam controversias dijudicandi et dirimendi potestatem non esse penes Romanum pontificem, sed penes solam synodum, quidquid pontifex contra sentiat aut decernat. Adde, quod concilium petebant; sed eo modo, quo nunc Lutherani, liberum, ut loquuntur, et Christianum, hoc est, quale ipsi postulant, et in quo ea duntaxat sanciantur et constituantur, quæ ipsi postulant, et prout ipsi postulant. Hoc scilicet liberum est et Christianum concilium.

Restat ipse schismaticorum genius, cui solemne judices petere, sed ubi dati fuerint, a sententia eorum ad alio appellare: testes sunt, ut alios non nominem, Donatistæ, qui controversiæ cum Cæciliano judicem flagitarunt. Datus est a Constantino imperatore Melchiades pontifex Romanus. Absolutus est Cæcilianus. Damnati Donatistæ. Num acquieverunt? Postularunt alios judices. Dati sunt et isti, eodem rursus eventu. Num acquieverunt Donatistæ? Minime vero. Aliud tribunal quæsiverunt, a quo denuo condemnati sunt. Sed frustra. Damnari potuit pertinacia, vinci aut frangi non potuit: *Puto quod ipse diabolus*, inquit sanctus Augustinus, epist. 167, *si auctoritate judicis, quem ultro elegerat, toties vinceretur, non esset tam impudens, ut in ea causa persisteret.* Non aliter egissem Græci totics antea damnati: licet Clemens pontifex, Cantacuzeni rogatu, synodum convocasset, quod aliquot post annis in concilio Florentino manifestum evasit. Itaque vana est querela Cantacuzeni, cum ait Latinos sua dogmata ab aliarum Ecclesiarum rectoribus discutienda non proposuisse, nimiumque sibi arrogasse, contemptis cæteris. Vanitatis redarguunt dictum hoc scripta Nicolai primi et Leonis IX, ut sileam concilia ante Canta-

τούτων ὀλίγην τινὰ ποιεῖσθαι τὴν φροντίδα, καὶ μόνοις ἑαυτοῖς θαῤῥεῖν πρὸς τοσοῦτον γνώσεως ὕψος ἐξαρκέσειν. Τοῦτο γὰρ εἶναι τοῦτο, ὃ καὶ τὴν διάστασιν ἐνεποίησε ταῖς Ἐκκλησίαις ἐξαρχῆς. Εἰ γὰρ οἱ πρώτως τὰ νῦν ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας πρεσβευόμενα δόγματα ἐξενεγκόντες μὴ ἐθάῤῥησαν ἑαυτοῖς, μηδὲ τῶν ἄλλων κατεφρόνησαν, ἀλλ' εἰς μέσον προὔθηκαν τοῖς ἄλλοις τῶν Ἐκκλησιῶν προστάταις ἐξετάζειν, οὐκ ἂν ἄχρι τοσούτου τὸ κακὸν προὐχώρησεν, οὐδὲ τὰ Χριστοῦ διῄρητο μέλη, καὶ ἐκπεπολέμωτο ἀλλήλοις· ἢ γὰρ εἰ κακῶς εἶχεν ὑπὸ πάντων ἂν ἐστέρχθη, καὶ οὐδεμία ἀμφισβήτησις ἐγίνετο περὶ τῶν πᾶσιν ὁμοίως ὡμολογημένων, ἢ εἴ τι τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐφαίνετο ἐκπίπτοντα, πᾶσιν ὁμοίως λήθης παρεπέμφθη καὶ σιγῆς βυθῷ. Ἀρχαῖος δὲ ὁ τρόπος, καὶ τοῖς πρώτοις τοῦ Εὐαγγελίου κήρυξι τετιμημένος. Καὶ γὰρ καὶ Παῦλος ἐκαινοῦτο τοῖς ἀποστόλοις τὸ Εὐαγγέλιον, δεδοικὼς, φησὶ, μὴ εἰς κενὸν τρέχει, ἃ μὴ φίλα καταγγέλλων Θεῷ· καί τοι γε εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγείς, καὶ μυσταγωγηθεὶς τὰ ἄῤῥητα. Καὶ βασιλεῖ γὰρ τῷ πρώτῳ

A neque distracta Christi membra sibi bellum intestinum indixissent. Aut enim ut pura puta ab universis, absque refragatione accepta fuisset (quippe quam communis consensus approbasset), aut si a recto nonnihil devia, ab omnibus æqualiter oblivioni altoque silentio mandata fuisset. Vetus est hic mos, et a primis Evangelii præconibus in pretio habitus. Nam et Paulus quantumvis in tertium cœlum raptus, et arcana mysteria edoctus, Evangelium suum cum apostolis communicavit, timens, inquit, ne in vacuum curram, annuntians, quæ Deo non placent. Quin et primo ex Palæologis (90) imperatoribus Michaeli hic ausus non profuit : deterius enim schisma, et perniciosius consecutum est dissidium. Quare nec mihi aliquando persuaderi patiar, ut antequam B congregata synodus œcumenica, **736** quæ secure credenda sint decernat, etiam ipse novitates consecter, et alios ad id cogam : idque non propter Ecclesiam et universitatem Christianorum modo, sed et propter me ipsum. Etenim sic sum compa-

Jacobi Pontani notæ.

(90) Hic in concilio Lugdunensi sub Innocentio tertio novam et solemnem cum Latina Ecclesia concordiam inivit, ut tradit Georgius Pachymerius, lib. v, cui ideo vel a sacerdotibus, vel ab Andronico filio sepultura negata, quod cum Latinis consensisset.

Jacobi Gretseri notæ.

cuzeni ætatem super his ipsis controversiis celebrata. Et quibusnam proponenda fuerunt dogmata Latinorum, hoc est, ipsius veritatis? An Græcis, qui a veritate aversi, ad fabulas toti jam conversi erant? Sed facile erat divinare, quæ sententia secutura esset, si litis hujus decisio Græcis commissa fuisset. Et quid sibi volunt illa verba : *Doctrina, quæ nunc apud Romanam Ecclesiam viget?* Significat nimirum antea non viguisse : quæ accusatio omnium novatorum est. Novitatis accusant orthodoxam Ecclesiam, ne ipsi novitatis auctores et sectatores existimentur. Quoties Latini demonstrarunt, et quidem evidenter, omnia dogmata, de quibus Græci Latinis diem dicunt, ab apostolicis temporibus semper in Ecclesia Romana viguisse, neque nudiustertius nata esse, ut sunt Græcorum placita et decreta, quæ quibus auctoribus et quando proseminata sint, Latini adamussim ostendere possunt, et sæpius jam ostenderunt. Ut enim tantum nominem quinque illa capita, de quibus Gennadius patriarcha Constantinopolitanus adversus Græcos pro concilio Florentino accuratissime disputat, *Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, purgatorium esse, in azymis Eucharistiam* rite et legitime celebrari ; *animas justorum*, quibus nihil maculæ in purgatorio expiandæ inest, statim ab excessu Deum videre, *Romanumque pontificem* omnium Ecclesiarum principem et caput esse, semper credidit et docuit Romana Ecclesia. Quare licet sine concilii decreto his dogmatis Cantacuzenus se adduxisset, minime novitates, sed venerandam vetustatem sectatus fuisset.

Sed Cantacuzenus cætera felix et magnus, hoc uno miser et minutus fuit, quod a schismaticis episcopis et monachis in præceps agi se permisit, nec unde tam ipse, quam reliqui Græci exciderint, attendit : Palamæ enim et Philotheo potissimum adhæsit, quorum utrumque fortassis ideo præcipue coluit, quod indefessi Latinorum adversarii et oppugnatores essent. Apud Græcos enim in sanctissimis numeratos esse illos, qui Latinos vehementissimis et dictis et scriptis incesserent, testatur Gennadius patriarcha Constantinopolitanus, qui allo-

C quens Græcos : *Vos*, inquit, *Latinos tanquam a facie alienos existimatis, et ab eis refugere, tanquam a facie serpentum simpliciores edoctis, idque liquido patet. Ac si quis ex Latinis videtur sanctus, vos hunc salutare non vultis, imo vero maledicta ingeritis. Græcos quamvis flagitiosissimos et stultissimos, si solum adversus Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini : inter alios quidem multos quemdam, qui vocatur Palamas, et Ephesi Marcum, hominem nec satis mentis compotem, sed tumidum sapientiæ ostentatorem, nulla virtute vel sanctitate subnixos : quia loquuntur solum et scribunt contra Latinos, extollitis et celebratis, eorumque imagines exornatis, festumque agentes diem colitis, ac veluti sanctos adoratis. Latinos vero quamvis jampridem Ecclesia pro sanctis colendos duxerit, vos incessanter blasphematis, ita et de summo pontifice facitis ; nam illum omnino Christianum esse non existimatis, quia Latinus.* Hæc Gennadius, et patriarcha Constantinopolitanus, quæ lucem accendent iis, quæ passim de Gregorio Palama in hac historia feruntur, cui Cantacuzenus addictissimus erat, tanquam insigni sanctimonia prædito, cum talis esset, qui ab Gennadio vere describitur.

D

At quod Cantacuzenus ait, si Asia et Europa quemadmodum olim in Romanorum imperio coniserentur, synodum cogendam esse apud Græcos, id secus habet. Nam summi pontificis munus est, ut synodum indicere et convocare, ita et locum præstituere. De quo vide cardinalem Bellarminum, lib. I *De conciliis*, cap. 12 et 13. Denique ut locum hunc concludam, Cantacuzeno tergiversanti moras que nectenti, dici et poterat et debebat, quod postea teste Gennadio, legatus pontificis dixit Græcis post varias disputationes cum monacho quodam Barlaamo habitas : *Mihi libet tibi dicere breve et verum verbum, quod et aliis Græcis mihi injunctum est dicere : Si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis, secundum prophetam ; si vero nolueritis, neque audieritis me, gladius vos devorabit. Num pontificis os locutum est hæc*, ait Gennadius. *Num habes huic, quod contradicas? Lege et expende, an evenerit, sicut ipse dixit.*

ratus, ut credere velim omnia quæ commune episcoporum judicium et sententia de fide constituerit, extra hoc nulli me fovitati addicam. Et cum episcopos omnes, tum alios ecclesiasticorum dogmatum defensores ac patronos hoc propensissime facturos opinor; sin auctoritate imperiali compellantur, aures obturaturos, ut nec primam vocem excipiant. Quanquam nec apud vos mihi fidem habitum iri puto, si ita leviter nulloque examine dogmatis vestris subscripsero. Qui enim parum constanter inhæret, et paratus est deserere quæ majores illi tradiderunt, et in quibus est educatus, quam, quæso, teneat de recentibus fidem? Quocirca necessarium arbitror, si idem vobis probabitur, super rebus adeo magni momenti orientalium occidentaliumque episcoporum conventum œcumenicum celebrari. Id si fiat, fidelis est Deus, qui nos a veritate aberrare non patietur. Si igitur Asia et Europa, quemadmodum olim, in Romanorum imperio censerentur, apud nos synodus cogenda esset. Quod cum fieri jam nequeat (nam et papa huc proficisci nequit: et mihi tam longe ab imperio discedere propter continentia bella, vicinosque Barbaros, et dynastas alios, nobis undique incumbentes, qui cum de fide nobiscum sentiant, tamen hostes se profitentur, non est facile), si et patri papæ videbitur, ad locum aliquem maritimum in medio utrorumque situm consensu deveniemus: ille cum Occidentis episcopis, ego cum patriarchis eorumque episcopis. Et in spe sum, Deum benignitate sua adducturum nos in omnem veritatem, nec permissurum, ut negotio infecto revertamur. Ad extremum adjecit, si papæ placeret synodum colligi, celerrime ad se nuntium mitteret, qui se et annuisse illum, et de loco ac tempore, quando et ubi congregari debeant, certiorem faceret; sibi enim ad patriarchas aliosque episcopos convocandos mora longiore opus fore. Hæc imperator ad legationem papæ, quæ legati episcopi vehementer approbantes, et cum antea, tum discessuri, multis ab eo muneribus culti, in Italiam redierunt: **737** ac pontifici legationem renuntiantes, multis imperatorem laudibus prædicarunt, exaratasque a se ephemeridas ostenderunt. Papa et ipse non se a synodo abhorrere confessus, celeriter misit, qui ei dicerent, consilium ejus se valde amplecti, conventum episcoporum sibi esse in optatissimis. Cæteram episcopos suos omnes in unum congregatos, locum et tempus synodo agendæ nominare debere. Interim haud multo post rursum a papa litteræ imperatori redduntur, quibus monebatur, ut procrastinationem synodi negligentiæ alicui ne attribueret: se quidem Ecclesiarum redintegrandæ concordiæ nihil anteverlendum ducere, et hoc unum in summe necessariis numerare, bello autem maximo in Italia inter potentissimos regulos exorto, multisque hominum millibus concursuris, decere se in primis ut patrem spiritualem, pacem illis et otium consuadere. Quo ex sententia perfecto, nihil antiquius habiturum, quam consultis

Παλαιολόγων Μιχαὴλ τοῦτο τετολμημένον, οὐ συνέ-
νεγκεν, ἀλλὰ χεῖρον γέγονε τὸ ῥῆγμα, καὶ ἡ διάστα-
σις χαλεπωτέρα. Δι' ἃ οὐδὲ αὐτὸς οἶμαι πεισθήσε-
σθαί ποτε πρὶν οἰκουμενικὴν σύνοδον ἀθροισθεῖσαν,
τὸ δοκοῦν ἀσφαλὲς ἀποφήνασθαι περὶ τὴν πίστιν,
ἐπιχειρήσειν αὐτός τε προσέχειν καινοτομίαις, καὶ
βιάζεσθαι τοὺς ἄλλους· οὐ διὰ τὴν Ἐκκλησίαν μόνον
καὶ τὸ Χριστιανῶν ἅπαν πλήρωμα, ἀλλὰ καὶ δι' ἐμὲ
αὐτόν. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχω, ὡς πᾶσι μὲν πεισθη-
σόμενος ἅττα ἂν ὑπὸ κοινῆς γνώμης τῶν ἀρχιε-
ρέων περὶ τῆς πίστεως ἐπιψηφισθείη· τούτου δὲ
ἀπόντος, καινοτομίᾳ οὐδεμιᾷ προσέξων. Οἶομαι δὲ
καὶ τοὺς ἀρχιερέας ἅπαντας, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς
δογμάτων τῶν τῆς Ἐκκλησίας τροφίμους πρὸς τοῦτο
μὲν ἕσεσθαι προθύμους μάλιστα· ἂν δὲ βιάζοιντο,
ἀρχικῶς τὰ ὦτα βύσαντας, μηδὲ τῆς πρώτης ἀνέξε-
σθαι φωνῆς. Καίτοι γε οὐδὲ παρ' ὑμῖν ἐμὲ ἀξιό
χρεων ἐγὼ νομίζω ἔσεσθαι πρὸς πίστιν περὶ τῶν
μελλόντων, εἰ ῥᾳδίως οὕτω καὶ ἀνεξετάστως ἐπὶ τὰ
δοκοῦντα δόγματα ὑμῖν μεταχωρήσω. Ὁ γὰρ τοῖς
ὑπὸ τῶν προγόνων παραδεδομένοις, καὶ οἷς συντέ-
θραπτο αὐτὸς μὴ πάνυ προσέχων ἀσφαλῶς, ἀλλ' ἐξ
ἑτοίμου προϊέμενος, τίνα ἂν ἔχοι περὶ τῶν προσφά-
των πίστιν; Δι' ἃ νομίζω δέον εἶναι, εἴ γε καὶ ὑμῖν
συνδοκεῖ, περὶ τῶν οὕτω μεγάλων σύνοδον οἰκουμε-
νικὴν ἐν ᾗ οἵ τε ἐῷοι καὶ οἱ ἑσπέριοι παρέσονται
ἀρχιερεῖς γενέσθαι. Τούτου δὲ γεγενημένου, πιστὸς
ὁ Θεὸς, ὃς ἡμᾶς οὐκ ἐάσει τῆς ἀληθείας ἀποπλανη-
θῆναι. Εἰ μὲν οὖν ὥσπερ πρότερον ὑπὸ τὴν Ῥω-
μαίων βασιλείαν ἥ τε Ἀσία καὶ Εὐρώπη διετέλει,
παρ' ἡμῖν ἔδει τὴν σύνοδον ἀθροισθῆναι. Ἐπεὶ δὲ
τοῦτο νῦν ἀδύνατον, ὅ τε γὰρ πάπας ἐνταῦθα ἀφι-
κέσθαι ἀδυνάτως ἔχει, ἐμοί τε οὐ ῥᾴδιον τοσοῦτον
ἀποστῆναι τῆς ἀρχῆς διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους
καὶ τοὺς πανταχόθεν ἐπιόντας ἡμῖν βαρβάρους τε
τοὺς ὁμόρους, καὶ τοὺς ἄλλους δυνάστας, οἳ περὶ τὴν
πίστιν ἡμῖν οὐδὲν διαφερόμενοι, ὅμως πολέμιοί εἰσιν,
εἰ καὶ τῷ πατρὶ συνδόξειε πάπᾳ, πρός τι τῶν παρ-
αλίων ἀφιξόμεθα χωρίων ἐκ συνθήματος, ὃ μέσως
ἂν σχοίη ἑκατέροις πρὸς ἀπόστασιν τῶν εἴκοι. Καὶ
οὕτω συνελευσόμεθα, ἐκεῖνος μὲν τοὺς ἐκ τῆς ἑσπέ-
ρας ἔχων ἀρχιερέας, ἐγὼ δὲ τοὺς πατριάρχας καὶ
τοὺς ὑπ' αὐτοῖς τελοῦντας ἐπισκόπους. Πιστεύω δὲ
Θεῷ ὡς ἀπράκτους ἡμᾶς ἐπανελθεῖν οὐκ ἐάσει,
ἀλλὰ τῇ σφετέρᾳ χρησάμενος φιλανθρωπίᾳ, ὁδη-
γήσει ἡμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἐπὶ τέλει δὲ
καὶ τοῦτο προσετίθει, ὡς εἰ ἀρεστὸν εἴη πάπᾳ τὴν
σύνοδον συγκροτηθῆναι, τάχιστα αὖθις πέμπειν
ἀγγελίαν πρὸς αὐτὸν, ὅ τί τε συνέθετο μηνύουσαν,
καὶ τὸν τόπον καὶ τὸν χρόνον ἐν ᾧ προσῆκον συνελ-
θεῖν. Οὐκ ὀλίγου γὰρ δεήσεσθαι χρόνου καὶ αὐτὸν τούς
τε πατριάρχας μεταπεμπόμενον καὶ τοὺς ἄλλους ἐπι-
σκόπους. Τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν πρε-
σβείαν πάπα ἀπεκρίνατο· καὶ ἐδόκει βέλτιστα τοῖς
πρεσβευομένοις ἐπισκόποις, οἳ πολλῶν πρότερόν
τε καὶ μέλλοντες ἀναχωρεῖν παρὰ βασιλέως εὐερ-
γεσιῶν τυχόντες, ἀπῆραν πρὸς τὴν οἰκείαν·
καὶ παραγενόμενοι πρὸς πάπαν, τήν τε πρεσβείαν
ἀπήγγελλον, καὶ πολλοὺς διεξῆσαν ἐπαίνους ὑπὲρ
βασιλέως, καὶ τὰς γεγραμμένας ἐφημερίδας ἐπι-

δεικνύντες. Πάπας δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν σύνοδον φάμενος; ἡδέως ἔχειν, ἔπεμπε κατὰ τάχος τοὺς ἐροῦντας βασιλεῖ, ὡς δοκοίη καὶ αὐτῷ βελτίστη ἡ παραίνεσις, καὶ τὴν συνέλευσιν τῶν ἐπισκόπων ποιοῖτο περὶ πλείστου. Δέον μέντοι τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἅπαντας γενομένους ἐν ταυτῷ, τόπον τε κυροῦν καὶ χρόνον καθ' ὃν ἔσται. Οὐ πολλοῦ δὲ χρόνου παρελθόντος ἐν τῷ μεταξὺ, γράμματα αὖθις ἦκε πρὸς τὸν βασιλέα παρὰ πάπα, τῆς συνόδου τὴν ὑπέρθεσιν μὴ δοκεῖν ὑπ' ἀμελείας γίνεσθαι δηλοῦντα. Αὐτὸν μὲν γὰρ προῦργου παντὸς ποιεῖσθαι τῶν Ἐκκλησιῶν τὴν ἕνωσιν, καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων μάλιστα νομίζειν εἶναι. Πολέμου δὲ μεγάλου κεκινημένου κατὰ τὴν Ἰταλίαν, τῶν παρ' αὐτοῖς μεγίστων ῥηγῶν ἀλλήλοις ἐκπολεμωθέντων, καὶ μελλόντων μυριάσι πολλαῖς ἀλλήλοις ἐπιέναι, προσήκειν μάλιστα αὐτῷ πατρὶ γε ὄντι πνευματικῷ, περὶ εἰρήνης τοῖς μαχομένοις διαλέγεσθαι, καὶ πείθειν κατατίθεσθαι τὸν πόλεμον. Τούτου δὲ πραχθέντος κατὰ γνώμην, οὐδὲν ἕτερον αὐτῷ μᾶλλον ἔσεσθαι διὰ σπουδῆς, ἢ βουλευσαμένῳ περὶ τῆς συνόδου μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν, δηλοῦν καὶ χρόνον καὶ τόπον ἐν ᾧ συνελθόντες, περὶ ὁμονοίας καὶ εἰρήνης πράξουσι ταῖς Ἐκκλησίαις. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν Γαλατᾷ διατριβόντων φίλων Ἰωάννην ὄνομα, τῆς τάξεως ὄντα τῶν κηρύκων, πρὸς πάπαν πέμψα, χάριτάς τε ὡμολόγει πολλὰς τῆς προθυμίας τε καὶ τῆς σπουδῆς, ἧς περὶ τῶν Ἐκκλησιῶν τῆς εἰρήνης ἐπιδείκνυται. Καὶ αὖθις ἠξίου τῶν ἴσων ἔχεσθαι, καὶ μὴ διὰ ῥᾳθυμίαν πόλεμον εἰσενηνεγμένον ταῖς Ἐκκλησίαις περιορᾶν δυναμένους καταλύειν.

A episcopis suis, et tempus et locum ei significare quo conveniant, et de conjungenda ac pacificanda Ecclesia inter se disserant. Tum et imperator ex amicis Galatæ habitantibus Joannem ordinis Prædicatorum ad papam mittens, gratias agit liberales de propensa voluntate ac diligentia, quam super Ecclesiarum reconciliatione demonstret, petitque rursum, ad rem eamdem incumbat, neu bellum Ecclesiæ illatum, quod tolli possit, per socordiam despiciatur.

CAPUT X.

Mors papæ. Tomprotitzas se cum oppido imperatori tradit. Persæ populatores Thraciam invadunt; cæduntur et capiuntur a Romanis ad Mesenam oppidum. Reliquiæ in collem confugiunt, inde descendentes, invitatu imperatoris se dedunt. Nicephorus despota gener summum periculum socero temeritate sua creat. A pugna revocatur. Persæ donati dimittuntur liberi Audacia et virtus Matthæi filii; utrinque victoriæ nuntii. De morbo renum imperatoris, ejusque in eo ferendo constantia.

Τοῦ χρόνου δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις τριβομένου, Κλή- B μης ὁ πάπας ἐτελεύτησεν ἐν τῷ μεταξὺ, καὶ ἡ περὶ τῆς συνόδου αὖθις διελύετο φροντίς. Βασιλεὺς δὲ καὶ βασιλέα ἐπαγόμενος τὸν γαμβρὸν, ἐπεστράτευσε Μηδείᾳ τῇ κατὰ τὸν Πόντον παραλίῳ πόλει, ἧς κατὰ τὸν πολέμου χρόνον ἄρχων ὁ Τομπροτίτζας ὑπὸ βασιλίδος Ἄννης ἀναδειχθεὶς, οὐδὲ μετὰ τῶν βασιλέων τὴν ὁμόνοιαν ὑπείχειν βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἠβούλετο· ἀλλὰ χεῖρα λῃστρικὴν πολλὴν περὶ αὐτὸν ἀθροίσας, τὰς περιοίκους πόλεις ἐλῃΐζετο, καὶ ἐκάκου οὐκ ὀλίγα. Ὃν πρότερον μὲν ὁ βασιλεὺς ὑπ' ἄλλων ἀναγκαιοτέρων ἐπειγόμενος περιεώρα· ἐπεὶ δὲ ἔβλαπτον αἱ ἐκ Μηδείας λῃστεῖαι οὐ μικρὰ, πρῶτα μὲν ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης πέμψας στρατιὰν ἐπολιόρκει. Ἔπειτα Μανουὴλ δεσπότην τὸν υἱὸν ἄρχοντα καταλιπὼν ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τριήρεις C κελεύσας ναυπηγεῖσθαι, Φακεωλάτον τὸν πρωτοστράτορα τῷ ἔργῳ ἐπιστήσας· πάνυ γὰρ ξυνεώρα ναυτικῆς δυνάμεως, τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν δεομένην· ἐξεστράτευσεν αὐτὸς ἔχων καὶ τὸν νέον βασιλέα, καὶ ἐπεὶ ἐγένετο ἐν Μηδείᾳ, λόγους προσῆγε Τομπροτίτζᾳ περὶ τοῦ αὐτῷ ὑπείκειν καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι· ὁρῶν δὲ ἐκεῖνος ὡς ἀδύνατος εἴη ὅπλα ἀνταίρειν βασιλεῖ, προσεχώρησεν ὁμολογίᾳ, καὶ τὴν πόλιν ἐνεχείρισεν. Ὃν ὁ βασιλεὺς εὐμενείας τε καὶ προνοίας ἠξίωσε τῆς προσηκούσης, καὶ τοῖς ἐπιφανεστέροις συγκατέλεξε Ῥωμαίων. Ἐπεὶ δὲ εἶχε Μήδειαν, βασιλέα μὲν τὸν νέον οἴκαδε ἐκέλευεν ἐπανιέναι, καὶ τὸ πολὺ διέλυε τῆς στρατιᾶς κατὰ τὰς πόλεις. Ἐκεῖνος δὲ ὀλίγους D ἔχων, ἐπὶ Ἀδριανούπολιν ἐχώρει δημοσίων ἕνεκά

cribus Cralis præerat, qui prudentia, fortitudine, exercitatione bellica supra cæteros excellere videbatur. Ædificata est super montis ardua prominentia, statimque a principio semetipsa altior, sicut est, accedenti apparet. In ipso autem jugo montis desinit, triplici muro distincta et intersepta, ut forte existimes tria esse oppida, aliud post aliud. Utrinque vallibus profundis circumdatur. Quod patet ab urbe spatii usque ad planitiem, et ad valles, qua habitari potest, ædibus et incolis, non plebeiis modo, sed et optimatibus ac militibus domesticis multis atque strenuis plenum est. Ipsa urbs propter loci positionem sursum succedentes domos habens, paucas ædes cum multis contignationibus videtur habere. Ejus duæ partes inferiores a civibus incoluntur : tertia, quæ eadem arx est, præfecto relinquitur. Est autem undequaque accessu oppugnatuque difficilis. Illic Prealimpus sedens fossis ac munitionibus non egebat, cum huic rei natura providisset. Et is civibus magnopere diffidens, eorum liberos, uxores, et rem familiarem in secundum, seu medium septum sevocabat, viros omnes in ultimam, seu infimam urbem expellebat : mandans uti imperatorem, si invaderet, a se liberisque suis propulsarent ; ipse mediæ illi urbi, in qua conjuges cum prolibus erant, præsidium e Triballis imponebat, quos supra quingentos habere dicebatur. Habitantes autem extra muros, neque in urbem ingredi sinebat, neque filios eorum cum uxoribus recipiebat : sed pro ædibus stantes pugnare jubebat, loco pene inaccesso et adorientibus difficillimo. Sic igitur ille ad obsidionem excipiendam se comparabat. Rumor vagabatur, invitum in urbe retineri, malleque, vitandæ pugnæ, ad urbes Thessaliæ profugere. Contra sui eum ab hac mente deducebant : quod si ea urbe potiretur imperator, tota quoque Thessalia pro certo potiturum. Quibus obsequens, obsidionem sustinuit. Imperator, postquam castra propius urbem movit, primum quidem milites, paucis secum remanentibus, prædatum dimisit : prædam opimam Romani, barbaricque similiter et ex ipsis Serviis, et ex circumjacentibus vicis retulerunt. Postea vicinius accedentes, oppugnationi se accingebant. **778** Qui de Serviis extra oppidum habitabant, impressionem hostium metuentes, et Triballis eos intra mœnia non admittentibus, et quia insuper ab imperatore haud erant alieni, omnes consensu in ejus se potestatem tradiderunt, ac milites hospitio receperunt. Qui in urbe erant, ipsi quoque partibus ejusdem vehementer adhærebant : tamen propter uxores ac liberos, qui in medio tenebantur, necessario Triballis auscultabant. Tertio die parati muros, indigenis præcipue allicientibus, et capi urbem posse affirmantibus oppugnant. Sed quia non undecunque licebat invadere, locis ut plurimum duris et asperis, ubi maxime dabatur ascensus, florem ipsum sagittariorum constituens imperator propugnatores propellere jubet. Alii testudine facta ad muros ruunt, eosque

A φρουράν τε πρὸς τὴν ἄκραν διακοσίους ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς καταλιπών, καὶ ἡγεμόνα τῇ πόλει Λυζικὸν Γεώργιον κράτιστον δοκοῦντα τὰ πολέμια καὶ συνετὸν, εἰς Βέρροιαν ἐπανῆει. Προσεχώρουν δὲ καὶ ἁμαχεὶ τὰ περὶ Ἔδεσσαν καὶ Βέρροιαν φρούρια καὶ αἱ πολίχναι, τά τε Σταρίδολα λεγόμενον, καὶ ἡ Πέτρα, καὶ ὁ Σωσκὸς, καὶ ἡ Δεύρη, ἔτι τε ὁ Ὀστροβὸς, καὶ τὰ Νότια· καὶ ἐκ τῶν Θετταλίας πολυχνίων, τὴν Λυκοστόμιον λεγόμενον, καὶ τὸ Καστρίον. Ἀναπαύλης δὲ μικρᾶς τινος ὁ βασιλεὺς ἀξιώσας τὴν στρατιὰν, ἐξεστράτευσεν αὖθις κατὰ Σερβίων. Πόλις δὲ ταῦτα οὐ μικρὰ, ἐν μεθορίοις Βοττιαίας κειμένη καὶ Θετταλίας· ἧς ἦρχε μετὰ τῆς ἄλλης Θετταλίας Πρεάλιμπος τῶν παρὰ Κράλῃ δυνατῶν, ὃς μάλιστα ἐδόκει συνέσει καὶ εὐτολμίᾳ, καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια τῶν ἄλλων προέχειν ἐμπειρίᾳ. Κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐκείνη ἐπί τινος ἀνάντους τοῦ ὄρους προβολῆς, εὐθὺς ἐξαρχῆς αὐτὴ ἑαυτῆς μετεωροτέρα φαινομένη καὶ οὖσα προϊόντι. Ἐπ' αὐτήν τε τὴν ἀκρώρειαν καταλήγει τρισὶ διατειχίσμασι διηρημένη, ὡς δοκεῖν ἔξωθεν, τρεῖς εἶναι πόλεις κειμένας ἐπαλλήλους. Ἑκατέρωθέν τε φάραγγας περιβέβληται βαθείας. Τὸ δ' ἀπὸ τῆς πόλεως ἄχρι τοῦ ἐπιπέδου καὶ τῶν φαράγγων, ὅσον μάλιστα οἰκεῖσθαι ἐπιδέχεται, οἰκιῶν πεπλήρωται καὶ ἀνθρώπων οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ἐκ τῶν πολιτῶν, καὶ ἐκ τῶν στρατιωτῶν, οἳ ἦσαν ἐγχώριοι πολλοί τε καὶ ἀγαθοί· ἥ τε πόλις, ἐπαλλήλους τάξεις οἰκίας ἔχουσα διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου θέσιν, ὀλίγας ἔχειν δοκεῖ οἰκίας πολυορόφους. Οἰκεῖται δὲ τὰ μὲν δύο τμήματα ὑπὸ τῶν πολιτῶν· τὸ δὲ τρίτον ἄκρα ὂν, τῷ ἄρχοντι ἀνεῖται. Ἔστι δὲ δυσπρόσοδος πανταχόθεν, καὶ οὐ πάνυ ῥᾴδια πρὸς τειχομαχίαν. Ἦ ὁ Πρεάλιμπος ἐνδιατρίβων, τάφρων μὲν οὐκ ἐδεήθη, οὐδέ τινος πρὸς ὀχυρότητα σπουδῆς. Ἥρκει γὰρ ἡ προσοῦσα φύσει. Τοῖς πολίταις δὲ καὶ πάνυ ἀπιστῶν, τῶν μὲν τὴν πόλιν οἰκούντων παῖδας, καὶ χρήματα, καὶ γυναῖκας εἰς τὸ δεύτερον διατείχισμα ἀνελάμβανε· τοὺς ἄνδρας δὲ πάντας ἐξήλαυνεν ἐπὶ τὸ τρίτον, καὶ ἐκέλευεν ἀμύνεσθαι βασιλέα ἐπιόντα ὑπὲρ σφῶν καὶ τέκνων· αὐτὸς δὲ τὴν ἄκραν κατεῖχε, καὶ τῷ δευτέρῳ διατειχίσματι, ἐν ᾧ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ παῖδες ἦσαν, φρουρὰν ἐπέστησε Τριβαλικήν· συνῆσαν γὰρ αὐτῷ ὑπὲρ πεντακοσίους, ὡς ἐλέγετο. Τοὺς μέντοι τῶν τειχῶν οἰκοῦντας ἔξω, οὔτ' αὐτοὺς εἴα εἰς τὴν πόλιν εἰσιέναι, οὔτε παῖδας εἰσεδέχετο καὶ γυναῖκας· ἀλλ' ἐκέλευε πρὸ τῶν οἰκιῶν ἑστῶτας μάχεσθαι, δυσπροσόδου ὄντος τοῦ χωρίου, καὶ χαλεπωτάτου τοῖς ἐπιοῦσιν. Οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος παρεσκεύαστο πρὸς τὴν πολιορκίαν. Ἐλέγετο δὲ καὶ ὡς ἄκων κατασχεθείη πρὸς τῇ πόλει. Μᾶλλον γὰρ ἐβούλετο φυγομαχεῖν ἐπὶ τὰς τῆς Θετταλίας πόλεις. Οἱ συνόντες δὲ παρῄνουν μὴ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν· ὡς εἰ ταύτης περιγένοιτο, καὶ Θετταλίαν πᾶσαν καθέξοντος βασιλέως ἀσφαλῶς. Οἷς πειθόμενος ὑπέμεινε τὴν πολιορκίαν. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐγγὺς τῆς πόλεως ἐστρατοπεδεύετο, πρῶτα μὲν ἐπὶ λεηλασίαν ἔπεμπε τὴν στρατιὰν, ὀλίγους ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατασχών· καὶ ἔκ τε αὐτῶν Σερ-

βίων καὶ τῶν περιχειμένων κωμῶν πολλὴν λείαν ἄγοντες ἐπανῆκον Ῥωμαῖοί τε καὶ βάρβαροι ὁμοίως. Ἔπειτα ἐγγύτερον γενόμενοι, παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν τειχομαχίαν. Οἱ ἐπὶ τῆς ἔξω δὲ Σερβίων συνοικίας, τήν τε βασιλέως δεδοικότες ἔφοδον, καὶ τῶν Τριβαλῶν εἰς τὴν πόλιν οὐ προσδεχομένων, ἄλλως τε καὶ τὰ βασιλέως μᾶλλον ἠρημένοι, κοινῇ τε πάντες ἐκ συνθήματος προσεχώρουν βασιλεῖ, καὶ τὴν στρατιὰν ἐδέχοντο, καὶ ἐξένιζον ἐπὶ τῶν οἰκιῶν. Οἱ δὲ ἔνδον καὶ αὐτοὶ μὲν τὰ βασιλέως μάλιστα ἠροῦντο, ἐχομένων δὲ τῶν παίδων καὶ τῶν γυναικῶν, ἀναγκαίως προσεῖχον Τριβαλοῖς. Εἰς τρίτην δὲ ἡμέραν παρασκευασάμενοι ἐτειχομάχουν, καὶ τῶν ἐγχωρίων μάλιστα ἐφελκομένων, καὶ οὐκ ἀδύνατον ἐπαγγελλομένων τὴν παράληψιν. Ἐπεὶ δὲ οὐ πανταχόθεν ἐξῆν προσβάλλειν, ἀποκρύτων ὡς ἐπιπλεῖστον καὶ σκληρῶν τῶν τόπων ὄντων, ἔνθα μάλιστα ἐξῆν προσβαίνειν τὸ κράτιστον τῶν τοξοτῶν ἐπιστήσας ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευε τοῖς τόξοις χρῆσθαι, καὶ ἀνείργειν τοὺς ἀμυνομένους. Ἄλλοι δὲ ἀσπίδας ὑποδύντες, προσέβαλλόν τε τοῖς τείχεσι, καὶ διώρυττον. Ἔτυχε δὲ τὸ διόρυγμα, ἐντὸς οἰκίας εἶναι κενῆς ἀνθρώπων· ἐπεὶ δὲ ἤδη διορώρυκτο, καὶ ἔμελλον εἰσιέναι, ἡ τῆς οἰκίας δεσπόζουσα ἐκείνης κατὰ τύχην εἰσελθοῦσα, καὶ ἁλισκομένην τὴν πόλιν αἰσθομένη, βοῇ τε ἐχρῆτο, καὶ συνεκάλει τοὺς ἀμυνομένους. Οἱ δὲ παρῆσαν ἅμα τῷ αἰσθέσθαι, καὶ τοὺς διορύττοντας βάλλοντες, ἀφίστων τῶν τειχῶν. Ἅμα δὲ καὶ ὄμβρων ῥαγδαίων ἐπενηνεγμένων ἐν αὐτῇ μάλιστα τῆς μάχης τῇ ἀκμῇ, ἥ τε ἄλλη στρατιὰ ἐπέπαυτο καὶ ἀνεχώρει πρὸς τὸ στρατόπεδον· οὐ δυναμένη πρός τε ὄμβρους ὁμοῦ καὶ πολεμίους μάχεσθαι ἀσφαλῶς ἑστῶτας ἐπὶ τῶν τειχῶν, αὐτοὶ διολισθαίνοντες τὰ πολλὰ πρὸς τὸν πηλόν. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεὶ διημάρτανε τῆς πόλεως πρὸς τὴν πρώτην ἐπιχείρησιν, τότε βιάζεσθαι τοῖς ὅπλοις ἀπογνοὺς, καὶ πρὸς τὸ πολιορκεῖν διὰ τοὺς ὄμβρους καὶ τὸν χειμῶνα ἀδυνάτως ἔχων, αὖθις ἀνέστρεψεν εἰς Βέρροιαν· εἵποντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς ἔξω Σερβίων συνοικίας πλὴν ὀλίγων πάντες, ὅσοι μάλιστα ἐν λόγῳ ἦσαν ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ὀλίγα ἔχοντες ἐκ τῆς οὐσίας, ὅσα φέρειν ἦσαν δυνατοί· οὐ μόνον διὰ τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκ Τριβαλῶν οὐδὲν διὰ τὴν ἀποστασίαν ἤλπισαν ἐπιεικὲς, εἰ γένοιντο ἐπ' αὐτοῖς. Ἔτι δὲ ἐν Βερροίᾳ βασιλέως διατρίβοντος, ἐκ τῶν μάλιστα ἐπισήμων πόλεων αἱ Ῥωμαίων μὲν ἦσαν ὑπήκοοι τὸ ἀρχαῖον, χρόνον δὲ ἐδούλευσαν οὐκ ὀλίγον Τριβαλοῖς, ἦκον διαλεγόμενοι κρύφα, καὶ δεόμενοι ἥκειν παρ' αὐτοὺς, ὡς εἰσδεξόμενοι ἐκβαλόντες Τριβαλούς. Οὐ μόνον δὲ ἐκ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς Σκοπιᾶς, ἣ δοκεῖ βασίλεια Κράλη εἶναι ἀπὸ τοῦ βασιλέως τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων Μιχαὴλ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐκτετμημένη, πρέσβεις ἦκον ἀναφανδὸν ἀπὸ τῆς πόλεως κοινῇ βασιλέα καλοῦντες ἥκειν ἐπ' αὐτοὺς, ὡς παραδώσοντες τὴν πόλιν. Ὁ Κράλης γὰρ ἐπὶ Παίονας ἐστρατευμένος τότε, ὡς ἐπύθετο βασιλέα ἐπιόντα, καίτοι στρατιὰν πλείστην περὶ αὐτὸν ἠθροισμένην ἔχων, ἀντικαθίστασθαι πρὸς

A perfodientes penetrant : contigitque intra domum mœnibus hærentem, hominibus vacuam veniri, per quam cum se in urbem immissuri essent, domina domus casu ingressa, oppidumque captum advertens, elato clamore propugnantes convocat. Illi extemplo accurrunt, fodientesque jaculis a muro depellunt. Cumque in ipso potissimum fervore certaminis imber effusius caderet, manus illa a pugna destitit, atque in castra recessit, quando simul adversus imbrem et hostem dimicare non poterat, tuto supra muros stantem, cum ipsi fallentibus vestigiis toties in lutum prolaberentur. Imperator quoque primum impetum fuisse irritum cernens, et armis cogi posse desperans, et propter imbrem atque hiemem continuare obsidionem non valens, Berrhœam rediit; B quem suburbani Serviorum præcipui omnes præter paucos, cum liberis et uxoribus, de facultatibus suis non plus habentes, quam asportare secum poterant, secuti sunt. Neque id faciebant ob amorem erga imperatorem tantummodo, sed quod etiam a Triballis, si eis amplius subessent, defectionis suæ præmia parum bona exspectabant. Adhuc agente apud Berrhœam imperatore ex nobilissimis urbibus, quæ antiquitus Romanis parebant, jamque diu Triballis servierant, veniebant qui clam colloquerentur, rogarentque ad se veniret, ejectis Triballis illum suscepturos. Nec ex aliis duntaxat urbibus, verum etiam ex ipsa Scopia, quæ Cralis regia putatur, quam Michael ex Palæologis primus imperator a Romano imperio separavit, legati palam urbis nomine venerunt, eum ad se in C deditionem accipiendos invitantes. **779** Nam Crales, qui tunc in Pæonas moverat, ut imperatorem adventasse audivit, quanquam haberet copias ingentes, non se illi audebat opponere : sed omnia ducens in minimis conflictum volebat declinare. Unde etiam cum Scopiæ cives legatione missa imperatorem infestis signis ad se tendere nuntiassent, auxiliumque poposcissent, primum quidem spem faciebat, si Romani ipsos adorirentur. Ut autem fama de adventantibus Romanis barbarisque increbuit, terroremque duplicavit, manifeste opem Scopiensibus negavit, hortans, ut semetipsos pro viribus defensarent, se in præsentia ad eos venire non posse. Illi communi consilio magnæ dementiæ tri- D buendum statuentes, illis resistere, quibuscum eorum princeps cum tanto exercitu bellare non auderet, ad imperatorem adeunt, urbisque, antequam duriora experiantur, deditionem faciunt. Postmodum sedato timore in judicium a Crale vocati, et defectionis accusati, facile crimen refutarunt, archiepiscopo eorum cognoscente, qui eos nihil adversus æquitatem patravisse pronuntiavit, si Crale nolente succurrere, sed hortante ut seipsos tuerentur, illi prudenter sibi ac salutariter consulentes, potentioribus parere constituerint. Adeo tunc omnes urbes perculsæ, ultro, priusquam diriperentur, imperatoris esse cupiebant. Nec urbes solum, sed etiam Triballorum potentissimi, qui antea imperatori fuissent amici, et ei subesse ma-

luissent, tunc etiam magis volebant, sed ob metum secreto cum eo agebant, et ad se illum allectabant, omnes quantam possent opem eidem allaturi. Venerunt et duo ex ipsis transfugæ, quorum alter illustrissimus e Cralis familia, Chlapænus nomine, manum sub se non contemnendam habebat, et divitiis pollebat : alter non valde clarus, tamen et ille urbium præfecturas gesserat, exercitusque duxaverat, Tolisthlabus appellatus. Atque hi cæterorum dynastarum sententiam decretumque afferebant, si Cralem invaderet, armis suppetias laturos. Imperatori pares ad confligendum copias non habenti visum, non oportere fretum defectionibus tantummodo periculum subire, sed instructum pro opportunitate in hostem ire. Ac tunc quidem præfectum Berrhœæ Diplobatatzen protovestiarium ad rerum difficultates et conversiones scientem accommodare consilia, et ad pugnam interritum relinquens, 780 iis autem qui e Thracia accesserant, Nicephorum Tarentinum præficiens, Thessalonicam regressus est.

Α βασιλέα οὐκ ἐθάρρει · ἀλλὰ πάντα προέμενος ἐβούλετο φυγομαχεῖν. Ὅθεν καὶ τῶν Σκοπιᾶς πολιτῶν πρεσβευσαμένων πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν ἔφοδον ἀπαγγελλόντων βασιλέως καὶ δεομένων βοηθεῖν, πρῶτα μὲν ἐλπίδας παρείχετο ὡς βοηθήσων, ἂν ἐπίωσιν αὐταῖς Ῥωμαῖοι. Ὡς δὲ μᾶλλον προσέπιπτον αἱ φῆμαι φοβερώτεραι τῶν ἐπιόντων Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων, φανερῶς ἀπεῖπε τὴν ἐπικουρίαν τοῖς ἐκ τῆς Σκοπιᾶς · ἐκέλευέ τε σώζειν ἑαυτοὺς ὡς ἂν οἷοί τε ὦσιν· αὐτὸν γὰρ μὴ δύνασθαι τὸ νῦν ἔχον ἥκειν πρὸς αὐτούς. Οἳ βουλευσάμενοι κοινῇ, καὶ πολλῆς ἀνοίας εἶναι κρίναντες ἀντικαθίστασθαι οἷς ὁ σφῶν δυνάστης τοσαύτην ἔχων δύναμιν οὐκ ἐτόλμα, ἥκουσι πρὸς βασιλέα, καὶ τὴν πόλιν παρεδίδουν πρὶν διαφθαρῆναι. Ὕστερον δὲ ἐπεὶ οἱ φόβοι διελύοντο, ἐπὶ δίκην καταστάντες ὑπὸ Κράλη, καὶ διωκόμενοι ἀποστασίας, βᾷον ἀπελύσαντο τὰ ἐγκλήματα, τοῦ παρ' αὐτοῖς ἀρχιεπισκόπου διαιτῶντος · ὃς ἐπεψηφίζετο αὐτοὺς μηδὲν ἠδικηκέναι, εἰ ἐπικουρεῖν μὴ βουλομένου Κράλῃ, ἀλλὰ καὶ παραινοῦντος σώζειν ἑαυτοὺς, συνετά τε ἅμα καὶ σωτήρια σφίσιν ἐβουλεύσαντο, δουλεύειν τοῖς δυνατωτέροις ψηφισάμενοι. Οὕτω πᾶσαι πόλεις κατεσείσθησαν τῷ φόβῳ τότε, καὶ προσχωρεῖν ἐβούλοντο ἑκοῦσαι βασιλεῖ, πρὶν ἁναρπασθῆναι. Θᾶττον αἱ πόλεις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν Τριβαλῶν οἱ δυνατώτατοι, καὶ πρότερον εὔνως περὶ βασιλέα διακείμενοι, καὶ μᾶλλον ὑπ' ἐκείνου ἠρημένοι βασιλεύεσθαι, τότε καὶ μᾶλλον ὑπὸ δέους κρύφα διελέγοντο καὶ παρώξυνον ἥκειν ἐπὶ σφᾶς, ὡς πάντων τὰ δυνατὰ βουλησομένων συνεργεῖν. Ἦκον δὲ καὶ αὐτόμολοι δύο ἐξ αὐτῶν · ὧν ἄτερος τῶν μάλιστα ἦν ἐπιφανῶν κατὰ γένος προσήκων Κράλῃ, Χλάπαινος ὠνομασμένος, στρατιάν τε ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν οὐκ εὐκαταφρόνητον καὶ πολλὴν περιουσίαν· ὁ λοιπὸς δὲ οὐ τῶν πάνυ περιδόξων ἦν · πλὴν κἀκεῖνος ἀρχάς τε πόλεων ἐγκεχειρισμένος, καὶ στρατοπέδων ἡγεμονίας, ὄνομα Τολίσθλαβος. Καὶ ἄμφω δὲ ἐκ τῶν ἄλλων δυνατῶν λόγους ἐκόμιζον πρὸς βασιλέα, ὡς ἦν ἐπὶ Κράλῃ, καὶ αὐτοὶ συμπολεμήσουσιν ἀποστάντες. Βασιλεῖ δὲ ἀξιόμαχον στρατιὰν οὐκ ἔχοντι, οὐκ ἐδόκει δεῖν ταῖς ἀποστασίαις θαῤῥοῦντα μόνον, ἑαυτὸν εἰς τοὺς κινδύνους εἰσωθεῖν · ἀλλὰ παρασκευασάμενον, ἐπιστρατεύειν ἐπικαίρως. Τότε δὲ ἄρχοντα ἐν Βερροίᾳ Διπλοβατάζην τὸν πρωτοβεστιαρίτην καταλιπὼν πραγμάτων τε δυσκολίαις καὶ μεταβολαῖς εἰδότα χρῆσθαι, καὶ πρὸς μάχας τολμητὴν, ταῖς τε κατὰ Θετταλίαν προσχωρησάσαις, Νικηφόρον ἐπιστήσας τὸν Σαραντηνὸν, ἐπανέζευξεν εἰς Θεσσαλονίκην.

CAPUT XX.

Gynæcocastrum movet. Id occupare præfecti rationibus motus differt. Ejusdem præfecti perfidia. Legatio Cralis ad imperatorem expostulatoria. Ad Thessalonicam ad colloquium ex pacto conveniunt. Crales beneficia exprobrat, et pro iniquo ingratoque imperatorem accusat. Quæ suam defensionem cum eximia hostis prædicatione conjungit. Laudatur etiam ejus uxor Helena; ipsum Cralem hujus belli auctorem esse ostendit, juxta id, quod Plautus ait : « Vitium quod de me prædicas, id tibi est. » Monet ad extremum officii, et minas adnectit.

Paulo post cum equitatu peditatuque et genero C expeditionis socio Gynæcocastrum abit. Castellum est munitissimum, ab Andronico juniore imperatore ab ipsis fundamentis exædificatum, unius pene diei itinere Thessalonica distans. Id cum aliis captum a Triballis tenebatur, et ex iis atque e Romanis deditiliis præsidiarios habebat. Bessus præfectus adventu imperatoris cognito, timens ne vi caperetur, per nuntium sponte ad eum se transiturum promisit. Fidei autem faciendæ, et quas de collo suspensas gestabat, sacras reliquias (12) adjecit, et tantum non juravit, castellum sese traditurum. Imperator optimum fore ratus, nullis dimicationibus ac cædibus id recipere, Bessum accersit. Ut in castra venit, sacramento quidem confirmat, ad eum se deficere, castellumque dedere; precatur tamen, ne in præsens aut ipse ingredia-

Μετὰ μικρὸν δὲ, τήν τε ἱππικὴν καὶ τὴν πεζὴν δύναμιν ἀναλαβὼν, ἔχων καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν συστρατευόμενον, ἐπεστράτευσε Γυναικοκάστρῳ, ὃ φρούριόν ἐστι καρτερώτατον ὑπὸ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου οἰκοδομηθὲν αὐταῖς χρηπῖσιν, ἡμέρας ὁδοῦ μῆκος ἔλαττον ἀφεστηκὸς Θεσσαλονίκης. Εἶχετο δὲ ὑπὸ Τριβαλῶν μετὰ τῶν ἄλλων αὐτὸ ἐνόντων. Οὐκ ὀλίγα τε ἔβλαπτε Θεσσαλονίκην, στρατιὰν ἔκ τε Ῥωμαίων τῶν προσκεχωρηκότων, καὶ Τριβαλῶν ἔχον ἐγκαθιδρυμένην. Βέλκος δὲ ὁ τοῦ φρουρίου ἄρχων, ὡς ἐπύθετο βασιλέα ἐπιόντα, τοῖς ὅπλοις δείσας μὴ ἁλῷ, πέμψας ἐπηγγέλλετο προσχωρεῖν ἐκών. Πίστεως δὲ ἕνεκα καὶ τὰ ἐν κώλποις ἅγια παρεῖχετο, ὅρκους μυρίους ὑπὲρ τοῦ τὸ φρούριον ἐγχειρίσειν παρεχόμενος. Βασιλεῖ τε ἐδόκει βέλτιστον τὸ φρούριον ἔχειν ἄνευ φόνων καὶ κινδύνων · ἐκέλευέ τε Βέλκου ἥκειν παρ' αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ ἦκε πρὸς τὰ

Jacobi Pontani notæ.

(12) Observa pium morem, cujus exemplum etiam supra habuisti.

στρατόπεδον πρὸς βασιλέα, ὅρκους μὲν παρείχετο ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τε αὐτὸν προσχωρεῖν, καὶ τὸ φρούριον παραδιδόναι· ἐδεῖτο δὲ μὴ τὸ νῦν ἔχον ἢ αὐτὸν εἰσιέναι, ἢ φρουρὰν εἰσάγειν· τήν τε γὰρ οὐσίαν αὐτῷ πλείστην οὖσαν καὶ διεσκεδασμένην ἀπολεῖσθαι ὑπὸ Τριβαλῶν διαρπασθεῖσαν, καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτῷ καὶ οἰκείους Κράλην ἅρδην διαφθερεῖν διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν· ἀλλὰ περιμείναντα ἡμέρας πεντεκαίδεκα, ἄχρις ἂν οἰκείους τε καὶ χρήματα μεταπέμψηται, οὕτω τὸ φρούριον παραλαμβάνειν. Τούτοις μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς πεισθείς, καὶ ὅρκους ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐκείνου παρασχομένου, ἀνέστρεφεν εἰς Θεσσαλονίκην. Βέλκος δὲ τὰ ὁμωμοσμένα δῆθεν ἐκπληρῶν, τούς τε οἰκείους ἐκ Τριβαλῶν μετεπέμπετο, καὶ βοσκήματα καὶ τὴν ἄλλην περιουσίαν ἔπεμπέ τε καὶ εἰς Θεσσαλονίκην οὐκ ὀλίγα δεῖγμα τῆς πρὸς βασιλέα εὐνοίας καὶ τῆς φυλακῆς τῶν συνθηκῶν. Κράλης δὲ ἤδη πεπυσμένος, ὡς ἡ μὲν ἐκ τῆς ἠπείρου στρατιὰ καὶ Ῥωμαίων, καὶ βαρβάρων τοσαύτη οὖσα ἀναστρέψειε, βασιλεὺς δὲ ταῖς τριήρεσι μόναις καὶ βαρβάροις πεζοῖς ὀλίγοις ἀφιγμένος εἰς Θεσσαλονίκην Βέρροιάν τε εἶλε, καὶ Ἔδεσσαν, καὶ ἄλλας πολίχνας οὐκ ὀλίγας, ἀνεθάρσησέ τε, καὶ στρατιὰν ἀναλαβὼν οὐ πολλὴν μὲν, πολὺ δὲ ὅμως ὑπερέχουσαν τῆς βασιλέως, ἤλαυνε σπουδῇ ἐπὶ Θεσσαλονίκην. Καὶ Βέλκος μὲν αὐτίκα ὑπ' ἐκεῖνον ἦν, καὶ συνεστρατεύετο μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν, τῶν πρὸς βασιλέα συνθηκῶν καὶ ὅρκων ἀμνημονήσας. Κράλης δὲ ἐγγὺς γενόμενος Θεσσαλονίκης, πρεσβείαν ἔπεμπε πρὸς βασιλέα, καὶ πρῶτα μὲν ὠνείδιζε τὴν εἰς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην, ὅτι ἀμνημονήσας ὧν εὖ ὑπ' αὐτοῦ πρότερον πεπόνθει, καιροῦ τυχὼν αὐτοῦ ταῖς πόλεσιν ἐπιστρατεύσειε, καὶ τοὺς φρουροῦντας κατασχοίη ἐκβαλών, καὶ χρημάτων ἀποστερήσειεν οὐκ ὀλίγων, ἃ οὐκ ἐχρῆν ποιεῖν, ἀλλὰ τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων ἀπομνημονεύοντα, τὴν φιλίαν διασώζειν πρὸς αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ ἃ μὴ ἔδει εἴργαστο, κατηγορεῖν μὲν αὐτὸν, οἴεσθαι δὲ καὶ πάντα ὀντινοῦν· ἀναλύεσθαι δὲ ὄντων τῶν γεγενημένων, βούλεσθαι μάλιστα αὐτὸν, εἴ γε καὶ αὐτῷ δοκοίη, ἀλλήλοις συνελθεῖν, καὶ διαλεχθέντας περὶ τῶν διαφορῶν συμβάσεις θέσθαι, καὶ τὸν πόλεμον καταθέσθαι, ἀνανεωσαμένους τὰς σπονδὰς καὶ τὴν εἰρήνην. Τοιαῦτα μὲν ἐπρέσβευεν ὁ Κράλης, βασιλεῖ τε ἐδόκει βέλτιστα, καὶ συνέθεντο ἡμέραν ῥητὴν, ἐν ᾗ ἔδει γενομένους ἐν ταυτῷ λύειν τὰς διαφορὰς, σπονδὰς θεμένους. Ἐπιστάσης τε τῆς προθεσμίας, οἵ τε βασιλεῖς ἀμφότεροι ἐξῆσαν ὡπλισμένοι, καὶ οἱ συνόντες. Κράλης τε ὁμοίως μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὡπλισμένοι ὄντες ἦκον ἐγγὺς Θεσσαλονίκης, καὶ συνεγένετο τοῖς βασιλεῦσι· μετὰ δὲ τὴν προσαγόρευσιν ὁ Κράλης πρῶτος ἤρετο πρὸς βασιλέα λόγου, Ἀδικεῖ;, εἰπὼν, ὦ βασιλεῦ, πολέμου ἄρχων; Ἐγὼ δὲ ὤμην εἶναι μηδὲν τῶν ὄντων, ὅ σε πρὸς ἐμὲ πεῖσαι δυνήσεται ἀγνωμονεῖν. Οἶσθα γὰρ αὐτὸς τῶν

A tur, aut ipse præsidium inducat; suas enim facultates et maximas, et locis disjunctas Triballis diripientibus amissurum, et Cralem odio incensum cognatos atque domesticos suos funditus perditurum; sed exspectato die quinto decimo, donec propinquos et opes suas collegerit, sic demum illud occupet. His imperator, juramento præsertim accedente, persuasus, Thessalonicam repetit. Bessus jurata exsequens, et propinquos ac pecora resque alias e Triballis cogens, Thessalonicam non pauca, suæ in imperatorem propensionis pactique servati indicium mittit. Crales ut accepit tantum e Romanis atque barbaris collectum exercitum e continente reversum, et imperatorem triremibus solis, cum barbaris peditibus non ita multis Thessalonicam profectum, Berrhœamque **761** et Edessam, et alia oppidula complura cepisse (13), sese confirmans, cum copiis non magnis, imperatoriis tamen longe majoribus Thessalonicam contendit. Et Bessus quidem cum militibus suis, pactorum et juramenti oblitus, statim illi se jungit. Crales Thessalonicæ appropinquans, legationem ad imperatorem mittit, eique ingratum animum exprobrat, quod acceptorum beneficiorum immemor, tempore adjuvante urbes suas oppugnarit, ejectisque præsidiis occuparit, et facultatibus non modicis spoliarit, secus quam debuerit. Debuisse autem recordantem sua merita sacrosanctam servare amicitiam. Et quia contra fas egerit, se illum reprehendere, putareque reprehensum iri ab omnibus. Verum quia præterita corrigi nequeant, velle se, si idem ipsi placeat, cum eo congredi, disceptatisque controversiis pacisci, et bello valere jusso, fœdus pacis renovare. Hæc in legatione Crales, quæ imperatori gratissima accidere: præfixisque amborum voluntate dies, quo convenirent, ac dissidium icto fœdere componerent. Jamque dies præfinitus ad colloquium aderat, cum ambo imperatores et comites armati exeunt. Crales similiter cum stipatoribus suis armatus ad urbem Thessalonicam et imperatores accedit. Ubi inter se consalutarunt, Crales prior fari incipit: Iniquus es in me, imperator, cum bellum mihi facis. Ego vero sic arbitrabar, rem esse nullam, quæ alienum et ingratum te reddere posset. Scis enim, ut nemo melius, quomodo hostiliter ab homophylis oppugnatus, et Romanorum finibus exactus (injuste quidem, quis negat? sed tamen exactus) ad nos confugeris: qui neque beneficium aliquod tibi debebamus, nec tua injuria dolebamus. Sed si vera dicenda sunt, discordias in loco beatitudinis numerabamus, cum inde res nostræ bene haberent. Ast ego, quanquam hostes tui crebro legationes mitterent, pecuniam et urbem non unam offerrent, imperiique Romani partem non minimam parvipenderent, si me ami-

Jacobi Pontani notæ.

(13) Post hæc verba est in codice Græco lacuna pene unius versus. Videntur tamen verba sequentia ἀνεθάρσησέ τε, etc. cohærere cum superioribus.

cum atque socium nanciscerentur, et unam solam pro his omnibus gratiam peterent ut te vinctum illis transderem, aut ipse constrictum tenerem, nihilo minus immani pecuniæ, et tot oppidis, tamque amplæ, et cultæ regioni necessitudinem tuam anteposui : nec tantum quod facillime poteram, hostibus non prodidi (haud enim tibi memoria excidit ille status tuus), **782** sed etiam, quod in me fuit, bis, terque auxilia mea tibi adjunxi. Quorum omnium existimabam te perpetuo memorem, nunquam eo progressurum, ut quamvis potens, urbes meas affligeres. Tu autem, quod apparet, eorum omnium posita memoria, nunc barbaros in me, ut in hostem injuriosissimum ducis. Et urbium quidem alias armis cepisti, alias dolo et insidiis, aliquantas etiam metu subegisti. Militum vero præsidiariorum, qui in quaque reperti sunt, atque nobilium multorum, partim pugna occidisti, partim in servitutem redegisti, et libertatem eis corporum, quando tibi libuit, præbuisti, non magis manumissione eos exhilarans, quam dum servos faceres, contristaveras : quod non ita ipsis jucunda esset post servitutem libertas, quam tristis fuerat libertati imposita servitus. Pecuniam quoque infinitam et pecora innumerabilia abstulisti. Quæ omnia me excruciant, faciuntque ut vehementer ingratum te et iniquum judicem. Verum enimvero, tametsi abs te læsus toties, non hostis tibi, sed amicus et socius esse volo, perinde ut antehac : et hortor, ut abjectis istis cogitationibus humilibus priorem amicitiam et fœdus mecum renoves, et uterque quæ habet, retineat. Quod si ægre tibi est, me quoque portionem aliquam de Romano imperio ablatam possidere, at illud cogites velim, te multo ampliorem habere, detractam ex ea quæ alterius erat propria : quibus utrumque contentum esse, et facto fœdere pacem agitare par est. Sin ista conditio te non delectat, vide ne, præterquam quod nihil proficis, etiam inexplebilis avaritiæ et ingrati animi erga amicos ac bene meritos crimen incurras. Hæc Crales ad imperatorem multis præsentibus. Imperator aliquandiu silens, in hæc verba responsum reddidit : Nihil æque hominum vitæ jam inde ab initio obesse opinor, neque aliud magna dissidia et bella gravia peperisse, quam quod unusquisque sibi et aliis haud justus est arbiter, sed sibi quidem vel turpissima frequenter ignoscit, ab aliis autem etiam pro minutissimis delictis pœnas poscit acerbissimas. Atque hoc est, quod vitam humanam tantopere perturbavit atque permiscuit, nec urbibus tantum ac domibus ingentia incommoda intulit, sed et tota imperia pessumdedit, cum aut quidam insaturabili cupiditate bello per nefas illato alios evertunt, aut ab aliis quibus iniqui fuerant, juste ac honeste se ulciscentibus evertuntur, quod et tibi modo contigisse arbitror. Si enim æquum et bonum **783** te in nostra amborum causa judicem præstitisses, non tu contra fœdus et juramenta tot oppidis Romanorum incubans, nihil te novum admittere censuisses, nec me, qui

ἄλλων μᾶλλον, ὡς πολεμηθεὶς ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων, καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθεὶς (ἀδίκως μὲν, οὐ γὰρ ἂν ἀρνηθείην οὐδ' αὐτὸς, ὅμως δ' οὖν ἀπελαθεὶς), ἦκες παρ' ἡμᾶς, οὔτ' ἀμοιβάς σοι προτέρων εὐεργεσιῶν ὀφείλοντας, οὔτ' ἀγαναχτοῦντας ὑπὲρ σοῦ ἀδικουμένου, ἀλλ' εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τὴν ὑμῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰν ἐν εὐτυχίας μέρει λογιζομένους τῷ τὰ ἴδια εὖ τίθεσθαι. Ἐγὼ δὲ καίτοι τῶν σοὶ πολεμούντων πολλὰς πρεσβείας πεποιημένων, καὶ χρήματα παρεχομένων, καὶ πόλεις πολλὰς, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀπόμοιραν προτεμένων οὐκ ὀλίγην, καὶ φίλον ἔχειν, καὶ σύμμαχον ὑπισχνουμένων, καὶ μίαν τούτων ἁπάντων χάριν ἀπαιτούντων τὸ σὲ δεσμώτην παρασχεῖν, ἢ αὐτὸν κατέχειν συλλαβόντα, οὐκ ἠθέλησα αὐτός· ἀλλὰ καὶ χρημάτων πολλῶν, καὶ πόλεων τοσούτων, καὶ χώρας πολλῆς καὶ ἀγαθῆς, τὴν σὴν φιλίαν προειλόμην, καὶ οὐ μόνον οὐ προδέδωκα τοῖς πολεμίοις, καίτοι ῥᾷστά γε δυνάμενος· οὐ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς ἐν ὅτοις ἦσθα τότε· ἀλλὰ καὶ τό γε εἰς ἐμὲ ἦκον, καὶ δὶς, καὶ τρὶς ἐπὶ συμμαχίᾳ παρεσχόμην στρατιάν. Ὧν ἐνόμιζον ἁπάντων μεμνημένον οὐδέποτε βουλήσεσθαι, κἂν δυνήσηται μεγάλα, τὰς ὑπ' ἐμὲ τελούσας πόλεις κακουργεῖν. Σὺ δ', ὡς ἔοικεν, ἐκείνων ἁπάντων ἐπιλελησμένος, ἥκεις νῦν βαρβάρους ἄγων, ὡς ἐπὶ πολέμιον καὶ τὰ μέγιστα ἠδικηκότα. Καὶ πόλεις, τὰς μὲν τοῖς ὅπλοις εἵλες, ἑτέρας δὲ κλοπῇ, οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ ὑπὸ δέους προσχωρησάσας. Καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας στρατιώτας, καὶ τῶν ἐπιφανῶν πολλοὺς, τοὺς μὲν ἀπέκτεινας κατὰ τὰς μάχας, τοὺς δὲ ἄλλους ἀνδραποδίσας, ἐν εὐεργεσίας μέρει τὴν ἐλευθερίαν τῶν σωμάτων, ὅτε σοι βέλτιον ἐφαίνετο, παρείχου, οὐ μᾶλλον ἡδεσθαι ποιῶν τυγχάνοντας ἐλευθερίας, ἢ ὅσον ἐξανδραποδιζόμενος ἐλύπεις. Χρημάτων τε ἀπεστέρησας καὶ βοσκημάτων, οὐδὲ ἀριθμητῶν. Ἃ πάντα ἄχθεσθαι ποιεῖ, καὶ πολλὴν σου κατηγορεῖν ἀγνωμοσύνην. Ὅμως μέντοι, καίτοι τοσαῦτα ὑπὸ σοῦ ἠδικημένος, οὐ πολέμιος, ἀλλὰ φίλος καὶ σύμμαχος, ὥσπερ καὶ πρότερον αἱροῦμαι εἶναι σός. Καὶ πᾶσαν ἀποθέμενον παραινῶ μικροψυχίαν, τὴν προτέραν φιλίαν καὶ τὰς σπονδὰς ἀνανεοῦσθαι, ἔχοντας ἃ ἔχομεν ἑκάτερον. Εἰ δέ σε λυπεῖ τὸ καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας μοῖράν τινα παρῃρημένον ἔχειν, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννοεῖν χρὴ, ὡς αὐτὸς ἔχεις πυλλαπλάσιον λαθὼν ἐκ τῆς αὐτῆς ἑτέρῳ προσηκούσης· οἷς προσῆκον ἀγαπᾷν ἑκάτερον, καὶ σπονδὰς θεμένους, εἰρήνην ἄγειν. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα φίλα σοι δοκεῖ, ὅρα μή σοι πρὸς τῷ μηδὲν πλέον ἠνυκέναι, καὶ ἀπληστίας καὶ ἀχαριστίας πρὸς τοὺς φίλους καὶ τοὺς εὖ πεποιηκότας ἔγκλημα προσέσται. Τοιαῦτα μὲν ὁ Κράλης διειλέχθη πρὸς βασιλέα πολλῶν παρόντων. Βασιλεὺς δὲ ἐπισχὼν μικρὸν, τοιαύτην πρὸς Κράλην ἐποιήσατο ἀπολογίαν. Οὐδὲν οὕτως οἶομαι λυμαίνεσθαι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐξαρχῆς οὐδὲ μᾶλλον αἴτιον τῶν μεγάλων διαφορῶν καὶ τῶν πολέμων γεγενῆσθαι, ἢ τὸ μὴ δικαίως ἕκαστον ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις διαιτᾶν· ἀλλ' ἑαυτῷ μὲν καὶ τὰ ἀτοπώτατα πολλάκις συγχωρεῖν, τοὺς δ' ἄλλους καὶ ὑπὲρ τῶν ἐλαχίστων μεγίστας ἀπαιτεῖν

εὐθύνας. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ πολλῆς ἐμπέπληκε τὸν βίον ταραχῆς, καὶ οὐ πόλεσι μόνον καὶ οἰκίαις μεγάλας ἐνειργάσατο συμφορὰς, ἀλλὰ καὶ ὅλας διέφθειρεν ἡγεμονίας, ἢ αὐτούς τινας ὑπ' ἀπληστίας ἑτέρους διαφθείραντας πολέμων ἄρχοντας ἀδίκων, ἢ ὑπὸ τῶν ἀδικουμένων διαφθαρέντας, δικαίως καὶ καλῶς ἀμυνομένων· ὅπερ οἶομαι καὶ σοὶ συμβεβηκέναι νῦν. Εἰ γὰρ δικαίως καὶ καλῶς ἐμοί τε καὶ σαυτῷ διῄτεις, οὐκ ἂν σὺ μέν, ἐκσπόνδως καὶ παρὰ τοὺς ὅρκους τοσαύτας ἔχων Ῥωμαίων πόλεις, καινὸν ἦρου μηδὲν ποιεῖν, ἐμὲ δ' ὅτι ἐκ πολλῶν ἀπέλαβον ὀλίγα, ἐδίωκες ἀγνωμοσύνης καὶ ἀχαριστίας, καὶ τὸ τούτων ἔτι θαυμασιώτερον, ἀπληστίας. Ὡς μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων πολεμηθεὶς ἀδίκως, καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθεὶς, πρὸς σὲ ἀφῖγμαι, πολλοὺς ἄγων καὶ τῶν οἰκείων, καὶ τῶν φίλων, καὶ χρήματα οὐκ ὀλίγα, καὶ ὡς αὐτὸς οὔτε χρημάτων ἐπιθυμίᾳ τοσούτων ὄντων τῶν τε παρ' ἐμοὶ, καὶ τῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων παρεχομένων, οὔτε πόλεων καὶ χώρας τοσαύτης προϊεμένων ἐπὶ τῷ κακῶς ποιεῖν ἐμὲ, οὐδενὸς ἡττήθης, ἀλλὰ πάντων τὴν εἰς ἐμὲ φιλίαν προὔθηκας, οὐκ ἂν ἀρνηθείην οὐδ' αὐτός· ἀδικοίην γὰρ ἂν τὰ μέγιστα σέ τε ὁμοίως καὶ τοὺς ἄλλους, οἷς ἐξῆν τοιούτοις παραδείγμασι καλοῖς χρωμένοις ἐπὶ τὸ τὰ βελτίω πράττειν προθυμεῖσθαι. Τὸ γὰρ μηδὲν, ὥσπερ ἔφης καὶ αὐτὸς, πρὸς ἀντίδοσιν εὐποιΐας προσοφείλοντα, καὶ κατὰ συμφορὰς εἰσδεδεγμένον, ἔπειτα μήτ' οἴκοθεν ὁρμηθῆναι πρὸς πλεονεξίαν, μήθ' ὑπ' ἄλλων ἐναγόμενον, καὶ καταναγκαζόμενον, μήτ' ἄδικον, μήτ' ἀγεννὲς βουλεύσασθαι περὶ ἐμὲ, ἀλλὰ πάντων ἐκείνων τῶν δοκούντων πρὸς τὴν ἀρχὴν λυσιτελεῖν, τὴν τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου αἵρεσιν προῖκα προτιμῆσαι, οὐ μεγαλοψυχίαν μόνον καὶ φιλοτιμίαν, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνην καὶ εὐβουλίαν συμμαρτυρεῖ, καὶ τούτων ἁπάντων ἐγώ σοι πολλὰς ὀφείλειν δίκαιος εἶναι χάριτας ὁμολογῶ· οὐ μόνον διὰ τὸ μηδὲν ἠδικηκέναι μάλιστα δυνάμενον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν εἰς ἐμὲ τιμὴν μείζω, ἢ πρὸς φίλον ἐπεδείξω. Σχεδὸν γὰρ παρ' ὅσον χρόνον σοὶ συνῆν, τῆς ἀρχῆς ἐμοὶ τῆς σῆς ἐξέστης, οὐχ αὐτὸς μόνον τῶν πρωτείων ἀεὶ παραχωρῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας, ὡς αὐτῶν βασιλεύοντι προσέχειν κελεύων, καὶ πᾶσαν αἰδῶ παρέχειν καὶ τιμήν. Δι' ἃ σοι καὶ μείζους οἶδα χάριτας, ἢ σωτηρίας. Τότε μὲν γὰρ σωθεὶς, πάντως ὕστερον ἀποθανοῦμαι· ἡ τιμὴ δὲ καὶ μετὰ τελευτὴν διαμενεῖ, ὑπὸ πάντων ᾀδομένη καὶ τῶν εἰς ὕστερον ἐσομένων. Οὐ σὲ δὲ μόνον ἐπὶ τούτοις δίκαιος ἂν εἴην ἐπαινεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν σὴν γυναῖκα μάλιστα αἰτιωτάτην ὀφθεῖσαν τῶν γεγενημένων εἰς ἐμέ· αὐτὴ γὰρ καὶ ἐβουλεύσατο καὶ ἔπεισέ τε ὁμοίως, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τέλει, μὴ μικρολογεῖν μηδ' εἶναι ἀγαθοὺς ἐπὶ μισθῷ, ἀλλὰ προῖκα καὶ κατὰ φιλοτιμίαν, μέγιστον κέρδος αὐτὸ τοῦτο ἡγουμένους, τὸ τὰ καλὰ καὶ δίκαια αἱρεῖσθαι· οἵ τε ἐν τέλει πάντες, καὶ ἡ ἄλλη στρατιὰ, οὐ διὰ τὸ σὲ βούλεσθαι μόνον καὶ κελεύειν, ἀλλὰ καὶ οἴκοθεν ὡρμημένοι, μεγάλην ἐπεδείξαντο τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην εἰς ἐμέ. Ὧν ἁπάντων αὐτὸς

ex multis pauca recepi, ut improbum ingratumque, et quod his mirabilius est, avarum accusavisses. Me igitur a civibus meis bello petitum, et Romano solo pulsum, cum necessariis et amicis, et pecunia multa ad te venisse, te neque amore pecuniæ, quam ego et hostes tam grandem offerebamus, neque urbibus et regione, quibus tibi cedebatur, ut mihi malefaceres, te, inquam, nullo horum victum esse, sed omnibus amicitiam meam prætulisse, nec ipse negaverim; essem enim in te et alios, qui tam egregiis exemplis ad virtutem incitari poterant, injustissimus. Nam quod nullum, ut aiebas, beneficium mihi debens, in mea me calamitate excepisti, neque tuopte ingenio ad commoda tua ex me comparanda impulsus es, neque ab alio inductus, aut coactus injuste, aut indigne in me consuluisti: sed omnibus illis, quæ ad principatum amplificandum pertinere videbantur, honestatem atque justitiam anteposuisti, hæc te non modo excelso animo, et ardore quodam immortalis gloriæ præditum, sed et bonum virum, intelligentia præstantem testantur, et ob hæc omnia ego tibi multas gratias jure debere confiteor: non solum quod nihil nocueris, cum id facillime posses, sed etiam quod majori me honore, quam amicum cumulaveris. Ferme enim, quandiu tecum vixi, tuo principatu mihi cessisti, non ipse duntaxat priores mihi deferens, sed et subjectos tuos omnes, tanquam si eorum rex essem, mihi obtemperare, omnique veneratione et honore me prosequi præcipiens. Quorum gratia ampliores tibi, quam pro salute et incolumitate mea abs te conservata gratias ago. Tum siquidem abs te servatus, omnino tandem aliquando hac luce defungar: honor autem, quo me cohonestasti, etiam post fata manens, per ora posterorum volitabit. Neque vero te tantum his de causis, sed et conjugem tuam jure laudibus celebrarim, quæ tuorum erga me beneficiorum causa præcipua fuit. Ipsa enim consilium dedit, ipsa tibi aliisque proceribus permansit ne quid sordidius committeretis, neve præmium aliquod exspectantes, sed gratis prorsus, et laudi vobis studium in me vestrum ducentes, beneficii esseiis, hoc unum in lucris maximis deputantes, justa et honesta consectari. Principes porro tui omnes et milites; non tantum quia tu ita velles, itaque mandares, 784 sed sponte et voluntate libera humanitatem candoremque eximium adversus me declararunt. Pro quibus et ipse gratias debeo, et quorum aures vel sero ea narratio tetigerit, illos prædicabunt. Quid est igitur quod dicis, me tot meritorum immemorem, sine ulla causa voluisse bello te lacessere, tam male respondentem tuis benefactis? Atqui longe foret absurdissimum, lingua quidem sic prolixe gratias agere bene merentibus, nec tacita velle habere merita, re autem ingratum esse, videriique sibi maxime contrarium: quem neque in illos qui me vehementer offenderant et in miserias præcipitaverant, unquam tali animo fuisse constat, sed et dissidii hujus, et ar-

morum istorum causas ab initio usque nunc ipsi præbuistis, id quod rebus demonstrare contendam. Ut enim mihi apud vos diversanti super societate visum est fœdus sancire, et sic invicem commodare conari, tu mercedis societatem multa oppida et regionem Romani principatus propriam postulabas. Ego vero nec abjectissimum quidem castellum tibi spondebam, volebamque auxilium esse gratuitum. Non enim vobis duntaxat indignum, illiberale et pudendum esse summopere, non gloriæ et amicitiæ gratia, sed mercede servire: verum etiam mihi tam impossibila factu esse, ut nihil magis, propter meam et eorum qui me sequerentur salutem Romanos prodere, quamvis illi in me arma improbe movissent: quandoquidem non illos servitute mactare; sed ab eorum cervicibus hostile servitutis jugum dejicere, jam inde a principio nervis omnibus contendo, statimque meam sententiam aperui, ut, si videretur, amicitiæ tantum et honoris amplissimi causa opem ferres: sin minus, me tamen nihil ab ingenuitate abhorrens commissurum, neque cives meos Romanos proditurum, sed cum liberis et propinquitate conjunctis moriturum potius, quam ob præsentem utilitatem æterna dedecoris monumenta ad posteros Romanos relicturum. Quæ tu quoque cum conjuge proceribusque consultando justa et utrique nostrum laudem non minimam conciliatura judicabas, fœdusque percussimus, et sacramenta concepimus, ut amicitiam et societatem in omni vita coleremus, alterque alterum, ut maxime posset, in tempore adjuvaret. Oppida vero et regionem Romanam, quantam Andronico imperatore adhuc superstite tu ipse, aut majores tui prioribus imperatoribus abstulissent, **785** tantam secure teneres: nec propterea ego arma sumerem, quamvis ea possem tibi eripere. Relictas usque ad id tempus urbes, nullo modo, neque arte, aut machina ulla auferre niterere: sed mihi, ad recuperationem Romani principatus, pro facultate contra adversarios meos dimicans navares operam; et captas quidem, aut deditas me præsente ego haberem sine controversia: sin contingeret me absente, aut ipsum te, aut dynastarum tuorum quempiam urbem aliquam Romanorum aut proditione, aut obsidione, aut corruptis largitione civibus, aut alia quadam ratione occupare, mihi restitueretur, nullusque obtentus ad ullum auferendi modum sufficeret. Atque istuc probare evidenter licet ex juramentis in tabulas relatis, quibus tunc fœdus inter nos ictum sanxisti, præsentibus archiepiscopo tuo, et iis qui nunc coram adsunt, principibus tuis. Consideremus itaque, uter juramenta ista servarit, egone, quem tu tantæ improbitatis et tam ingratæ voluntatis atque sceleris in amicos, et insatiabilis cujusdam cupiditatis accusas: an tu, qui scilicet alienum nihil concupiscis, sed amicitiam constanter colis, et quasi quoddam vitæ institutum tenes, ut non facile cum tempore commuteris, neque se-

τε χάριτας ὀφείλω, καὶ οἱ ἄλλοι ἐπαινέσονται ὅσοις εἰς ἀκοὰς ἀφίξεται καὶ μετὰ χρόνον τὸ διήγημα. Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν τοσούτων ἀγαθῶν ἀμνήμων ἐγὼ γεγενημένος, ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας εἰλόμην πολεμεῖν, καὶ κακοῖς ἀμείβεσθαι τοὺς εὐηργετηκότας; Πάντων μέν τ' ἂν εἴη ἀτοπώτατον, γλώττῃ μὲν οὕτως εἰδέναι χάριν τοῖς εὐπεποιηκόσι, καὶ μὴ συγκρύπτειν αἱρεῖσθαι τἀγαθά, ἔργοις δὲ ἀχαριστεῖν, καὶ ἑαυτῷ φαίνεσθαι ἐναντιώτατον, ὃς οὐδὲ πρὸς τοὺς πολλὰ προσκεκρουκότας, καὶ μεγάλων γεγενημένους αἰτίους συμφορῶν, τοιαύτην οὐδέποτε γνώμην ὤφθην ἔχων· ἀλλὰ καὶ τῆς τοιαύτης διαφορᾶς, καὶ τοῦ κεκινημένου πρὸς ἡμᾶς νῦνὶ πολέμου αὐτοὶ τὰς αἰτίας ἐξαρχῆς, καὶ ἄχρι νῦν παρέχεσθε, καὶ τοῦτο πειράσομαι ποιεῖν ἐκ τῶν πραγμάτων ἐναργές. Ὡς γὰρ διατρίβοντί μοι παρ' ὑμῖν ἐδόκει σπονδὰς καὶ ὅρκους ἐπὶ συμμαχίᾳ τίθεσθαι, καὶ οὕτω παρέχεσθαι πειρᾶσθαι τὴν ὠφέλειαν, σὺ μὲν μισθὸν τῆς συμμαχίας ἤτεις πόλεις πολλὰς καὶ χώραν τῇ Ῥωμαίων προσήκουσαν ἡγεμονίᾳ· ἐγὼ δὲ οὐδ' ἑνὸς τῶν φαυλοτάτων τινὸς φρουρίου παρεχώρουν· ἀλλ' ἠξίουν προῖκα βοηθεῖν. Οὐ γὰρ ὑμῖν εἶναι μόνον ἀγεννὲς καὶ ἀνελεύθερον, καὶ ἀδοξίαν προστριβόμενον πολλὴν, μὴ διὰ φιλοτιμίαν καὶ φιλίαν, ἀλλὰ μισθῷ δουλεύειν, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ τῶν πάντων ἀδυνατώτατον, διὰ τὴν ἐμαυτοῦ καὶ τῶν συνόντων σωτηρίαν καταπροῖεσθαι Ῥωμαίους, εἰ καὶ ἀγνωμονοῦντες ἐκεῖνοι, τὸν πόλεμον κεκινήκασι τὸν πρὸς ἐμέ· οὐ γὰρ καταδουλοῦν, ἀλλ' ἐλευθεροῦν ἀπὸ τῶν πολεμίων μᾶλλον' ἐξαρχῆς τε εὐθὺς, καὶ ἄχρι νῦν μάλιστα σπουδὴν ποιοῦμαι, εὐθύς τε ἀπεφαινόμην, ὡς εἰ μὲν δοκοίη διὰ φιλίαν μόνην καὶ φιλοτιμίαν βοηθεῖν· εἰ δὲ μή, ἀλλ' αὐτόν γε καταπράξεσθαι ἀνελεύθερον οὐδὲν, οὐδὲ προδότην φανεῖσθαι Ῥωμαίων τῶν ὁμοφύλων· ἀλλ' αἱρήσεσθαι μᾶλλον αὐτὸς ἀπόλλυσθαι, καὶ τέκνα καὶ οἰκείους, ἢ διὰ τὴν ἐν τῷ παρόντι χρείαν ἀδοξίας ἀείμνηστα μνημεῖα τοῖς εἰσέπειτα Ῥωμαίοις καταλείπειν. Ἃ ἐδόκει καὶ σοὶ μετὰ γυναικὸς βουλευομένῳ καὶ τῶν ἐν τέλει δίκαιά τε εἶναι, καὶ πολλὴν οἴσοντα φιλοτιμίαν ἐμοί τε ὁμοίως καὶ ὑμῖν· καὶ συνεθέμεθα τὰς σπονδὰς, καὶ τοὺς ὅρκους ἐπὶ τούτοις, ὥστε φίλους ἀλλήλοις εἶναι καὶ συμμάχους διὰ βίου, καὶ βοηθεῖν ἑκάτερον ἑτέρῳ, ὡς ἂν μάλιστα ἔχοι καλούσης χρείας· πόλεις δὲ καὶ χώραν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις, ὅσης μὲν αὐτὸς βασιλέως ἔτι περιόντος Ἀνδρονίκου ἢ οἱ πρόγονοι ἀφείλοντο ἐκ τῶν πρότερων βασιλέων, ταύτην ἔχειν ἀσφαλῶς, καὶ μηδένα πόλεμον ἐμὲ κινεῖν περὶ αὐτῆς, κἂν δύνωμαι ἀφαιρεῖσθαι· τὰς ἔτι δὲ ὑπολειπομένας ἄχρι τότε, μηδενὶ τρόπῳ μήτε τέχνῃ, μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ πειρᾶσθαι ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλ' ἐμοὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν συγκατακτᾶσθαι ἄχρι καὶ τοῦ δυνατοῦ πολεμοῦντα τοῖς ἐμοὶ ἀνθεστηκόσι, καὶ τὰς μὲν ἁλισκομένας, ἢ προχωρούσας ἐμοῦ παρόντος, ταύτας ἔχειν ἐμὲ ἀνενδοιάστως. Εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ἀπόντος, ἢ αὐτὸν, ἢ τῶν ὑπὸ σὲ τελούντων δυνατῶν τινα, πόλιν κατασχεῖν ὑπήκοον Ῥωμαίοις, ἢ προδοσίᾳ, ἢ πολιορκίᾳ, ἢ διαφθείραντα τοὺς

ἔνδον χρήμασιν, ἢ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ, πάσας ἐμοὶ ἀποδιδόναι, καὶ μηδεμίαν πρόφασιν ἀρκεῖν ἐπὶ μηδεμιᾶς ἀποστερήσει, καὶ τούτων ἔξεστιν ἀπόδειξιν παρέχειν ἐναργῆ ἐκ τῶν ἐγγράφων ὅρκων τουτωνί, οὓς ἐποιήσω τότε πρὸς ἐμὲ ἐν ταῖς συνθήκαις παρόντος ἀρχιεπισκόπου τοῦ σοῦ, καὶ τῶν νυνὶ παρόντων ἐνθάδε τουτωνὶ τῶν ὑπὸ σὲ ἐπιφανῶν. Σκεψώμεθα δὴ οὖν ὁπότερος ἐνέμεινε τοῖς ὅρκοις τούτοις· ἆρ' ὁ πολλὴν ἀγνωμοσύνην καὶ ἀχαριστίαν κατηγορούμενος ἐγὼ, καὶ κακὸς περὶ τοὺς φίλους, καὶ ἀπληστίας δίκην φεύγων, ἢ σὺ ὁ τῶν ἀλλοτρίων μηδενὸς ἐπιθυμῶν, ἀλλὰ βέβαιος περὶ τοὺς φίλους, καὶ ὥσπερ πολιτείαν διὰ βίου μετιὼν τὸ μὴ συμμεταβάλλεσθαι ῥᾳδίως τοῖς καιροῖς, μηδὲ τὰ εἰσάπαξ ἐψηφισμένα τρόπων εὐκολίᾳ διαλύων. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, μήτ' εὐορκίας ἐμὲ καὶ βεβαιότητος περὶ τοὺς φίλους, καὶ εὐγνωμοσύνης μηδὲν δεῖγμα παραλείπειν, μήτε σὲ ἀπληστίας, καὶ ἐπιορκίας, καὶ περὶ τοὺς φίλους ἀπιστίας· ὡς γὰρ ἐγενόμην ἐν Βερροίᾳ, καί τινες πολίχναι προσεχώρουν περὶ αὐτὴν καὶ Θετταλία, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπειρώμην αὔξειν τὴν ἀρχὴν, καὶ στρατιὰν ἡθροικὼς ὅσην μάλιστα ἐξῆν, ἔχων καὶ Γερμανοὺς τοὺς παρὰ σοῦ, ἦκον εἰς Θεσσαλονίκην ὑπὸ τῶν φίλων κεκλημένος. Σὺ δὲ αὐτίκα ἐπεβούλευες, μηδεμίαν αἰτίαν μηδὲ πρόφασιν πρὸς τὸν πόλεμον παρασχομένῳ, καὶ τοῖς τε Θεσσαλονικεῦσι συνεβούλευες ἐπεξιέναι, καὶ Γερμανοὺς τοὺς σοὺς ἀνεκαλοῦ ἀπ' αὐτῆς τῆς παρατάξεως σχεδόν· ἃ εἶναι πολεμιωτάτου, εἰ μὴ σύγε, ἀλλ' οἱ παρόντες ἅπαντες ἐροῦσι. Ἀναστρέφοντι δὲ ἐκεῖθεν, στρατιὰν ἔπεμψας ἐπὶ τὸν Ἀξιὸν κωλύουσαν πρὸς τὸν πόρον, καὶ μονονουχὶ τοῖς πολεμίοις αὐτοχειρίᾳ παρεδίδως· ἐς τοσαύτην γὰρ κατέστησας ἀνάγκην, ὥστε εἰ μὴ Θεὸς ἄνωθεν ὑπερέσχε χεῖρα πρὸς τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ, ἀπωλόμεθ' ἂν πάντες ἀκλεῶς ὑπὸ περιχυθέντων ὁμοῦ Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων. Οὕτω τοὺς ὅρκους διετήρησας ἀκριβῶς, καὶ ταῦτα οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου γεγραμμένους. Οὐ μὴν ἠρκέσθης ἀφανῶς ἐπιβουλεύειν μόνον, ἀλλ' Ἀποκαύχου τοῖς κόμποις καὶ τοῖς πλάσμασι πεισθεὶς, χρήματά τε, ὡς ἐλέγετο, παρ' ἐκείνου εἰληφὼς, πολέμιον ἐμὲ ἐψηφίσω φανερῶς, ὃν ἐν τοῖς ὅρκοις γράφεις διὰ βίου σύμμαχον καὶ φίλον ἕξειν· οὐδ' αὐτὸς ἂν, οἶμαι, φαίης εὐορκεῖν· καὶ γράμματα ἔπεμπες ἐμοὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν συμμαχίαν φανερῶς ἀπαγορεύοντα, καὶ πόλεμον καταγγέλλοντα ἀκήρυκτον· ἃ καὶ νῦν ἔξεστιν ὁρᾷν εἰς δεῦρο διασωθέντα παρ' ἐμοί. Καὶ ἐξ ἐκείνου οὐ διέλιπες φανερῶς τε πολεμῶν, καὶ ἀφανῶς ἐπιβουλεύων. Ἐμοί τε γὰρ εἰς Διδυμότειχον ἐπανήκοντι μετὰ Ἀμοὺρ, ἐπεὶ ἐκεῖνος ἦν εἰς τὴν Ἀσίαν, τὴν ὑπόσχεσιν Ἀποκαύχῳ ἐκπληρῶν, τὸ κράτιστον τῆς στρατιᾶς ἔχων ἐπεστράτευες· καὶ προῆλθες ἄχρι Μυγδονίας, φανερῶς ἐπιὼν ἐμοί. Περσῶν δὲ πεζῶν περιτυχόντων, ὧν τὰς ναῦς αἱ Λατινικαὶ ἐνέπρησαν τριήρεις, καὶ πολλὰ τῇ στρατιᾷ λυμηναμένων, ἣν ἔπεμπες ἐπ' αὐτοὺς, ἀνεχώρεις καὶ αὐτὸς εἰς τὴν οἰκίαν πλῆγεὶς ἀπροσδοκήτοις, καὶ Μανουὴλ δεσπότην τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς Βερροίας τὴν ἀρχὴν, καὶ τῶν ἄλλων πολιχνίων καταλελειμμένον ὑπ' ἐμοῦ, φανερῶς τε ἐπολιόρκεις

A mel decreta per levitatem retractes. Equidem mihi videor nullum religionis, constantiæ, æquitatis munus erga amicos prætermisisse: neque avaritiæ meæ, perjurii et infidelitatis in eosdem ullum argumentum exstat. Cum enim Berrhœæ versarer, urbesque finitimæ quædam ad me desciscerent, ego quidem, ut res ferebat, augere imperium conabar, et collectis quantas poteram copiis, habens et Germanos abs te mihi missos, Thessalonicam amicorum accersitu veni. Tu mox nulla causa, nulla occasione a me præbita mihi insidiatus, Thessalonicensibus, ut in me irent, auctor fuisti, Germanosque tuos ex ipsa propemodum acie revocasti. Quæ profecto importunissimi hostis esse, si tu non dicas, at dicent quotquot hic astant. Me B autem inde revertentem, manum ad Axium flumen, transitu me prohibituram misisti, et tantum non tua ipse manu hostibus me tradidisti. Eo enim necessitatis adegisti, ut nisi Deus desuper manum suam ad flumen trajiciendum extendisset, a circumfusis simul Romanis atque barbaris nulla cum nostra gloria delendi fuerimus: **786** tam præclare tu jusjurandum, idque in litteras nuper relatum præstitisti. Nec clandestinis insidiis contentus, etiam Apocauchi, hominis ventosi, figmentis credens, et pecunia ab illo, ut aiebant, accepta, hostem me palam declarasti, quem in jurejurando socium semper atque amicum habiturum te scribis. Hæc qui faciat, nec tu eum, opinor, juratis stare affirmaveris. Insuper litteras mittebas, quibus pacem et amicitiam aperte renuntiabas, et C bellum non ante, pro more, indictum denuntiabas: quas et in hunc usque diem a me servatas videre licet. Ex illo me et manifestis armis, et occultis insidiis petere non cessasti. Nam et Didymotichum cum Amurio reversum, postquam ille in Asiam renavigavit, ut Apocaucho promissa faceres, robur exercitus in me duxisti; et usque Mygdoniam palam hostis meus tetendisti. Persis autem peditibus occurrentibus, quorum naves Latinæ triremes incenderant, et egregie attrito ab eis exercitu, quem contra ipsos mittebas, ipse quoque improvisa re perculsus, in tuam provinciam rediisti: et Manuelem despotam filium meum, quem ego D Berrhœæ, oppidulorumque aliorum præfectum reliqueram, palam obsedisti, nec cives pecunia depravare omisisti, donec illis exosum in Thessaliam expulisti. Tu vero urbem occupabas, et Pheras similiter longo tempore obsidens, cum te orarem, juramentique commonefacerem, quandoquidem civili bello distentus, ad urbes illas accedere non poteram, auris discerpenda mea verba tradebas: et egestate illos obsessioneque assidua premens, postremo etiam ibi civibus primariis pecunia transversim actis, urbem ad te allexisti: et postmodum magno equitum peditumque numero Thessaliam et Acarnaniam Romanorum provincias invasisti, ac memorabilem illam calamitatem invexisti, ut Acarnanes ob intolerandam famem ad maritimas

oras sponte profecti, barbaris plagiariis lucrum se gratuitum prostituerent, obsecrantes in alias terras transferri, ibique servire tota vita potius, quam præsenti inedia contabescere. Postea Angelo consobrino meo demortuo, quem ego prætorem eo miseram, tu provincias tibi vindicasti, et prælerea urbes Macedoniæ non paucas, quæ, quando vicissim jurabamus, sub imperio Romano censebantur. Utrum igitur hæc amantis, et juramenti sanctitatem custodientis, habendique inexplebilem aviditatem et rapinas odientis sunt, an plane secus? **787** A quibus vitiis nos procul absumus. Quin imo cum Amurius hic ad me juvandum cum quatuor et viginti barbarorum millibus adesset, qui universum principatum tuum concutere ac destruere poterant, cavi diligentissime, ne quid damni provincia tua pateretur: quanquam belli honestam occasionem haberem, priores insidias, quodque opere ipso apertum te hostem profitebare, et hisce litteris, quas ad me misisti, pacem et juramentum rescindebas et id a me barbari etiam atque etiam flagitarent. Tamen absurdum nimis et personæ meæ indecorum duxi, propter minutum abjectumque animum tuum, et in rebus honestis inconstantiam, ingratum erga amicos atque infidelem videri, si qui tanta in me prior bona contulisset, ei nihil rependerem, sed propter culpas quasdam tolerabiles, in omni vita mea reliqua hostis loco eum ducerem. Post id tempus cum sæpius ulcisci me possem, nolui, verum missis oratoribus, etiam ante captum Byzantium, ut tandem amici officium sequerere, neve juramenta violares, rogavi. At tu quid jus fasque postularent non curabas: sermonibusque fallacibus et curiosis circumscribere me attentabas. Ego, tametsi id nossem planissime, non statim in te arma movi, sed enitebar semper, ne timiditate quadam ad bellum tibi inferendum prosiluisse existimarer. Cum cernerem autem incassum me laborare, cunctationemque meam non magnitudinem animi et æquitatem, sed morum civilium neglectum, ac propemodum proditionem esse, ne sic quidem in provinciam tuam irrui, sed ademptas urbes nitor recipere, quarum causa tu me avaritiæ iniquitatisque insimulas: tale quiddam faciens, quale est in proverbio, fures insuper accusant: et cupiditatem quasi merito mihi objectas, quod cum ipse amplissimam Romani imperii partem obtineam, tibi minorem invideam. Atqui, bone vir, hoc justum et decorum esse difficulter probaveris. Non enim sane Mœsorum, aut Pæquum aliorumve regnum, quod neutrius erat, divisimus, sed cum tu de Romano imperio, cujus penes me jus et auctoritas est, non exiguam portionem detraxeris, adhuc de reliqua tibi gratias agi postulas. Me vero etiam ante hunc habitum, quem gesto, Romanis imperasse, docere nihil attinet, quando id omnibus notissimum est. At enim etsi antea in tenebris vivens, repente imperator prodiissem, **788** tamen sic me in antecedentium imperatorum

septuaginta navibus (23) Calchedone e regione Byzantii erante, et tum quoque se contra instruebat: cum adventantibus tamen confligere non audebat. Sed cum eos ad Byzantium navale videret properare, ordines servabat, sperans ventis erumpentibus improvisum aliquid hostes passuros, mutuaque navium collisione interituros, quod ferme accidit. Austro enim die illo furente, multo nixu, laboreque cursum ex insula Principis (29) ad vesperam tandem compleverunt. Ut navali appropinquarunt, venti vehementia repulsi, propemodum in brevia inciderunt (30) quæ ante muros sparsim sunt, et inde fluctus insanos defendunt. **829** Constantinus Tarchaniota, imperatoriarum triremium dux, tum maxime qui esset se demonstrans, nempe vir bonus, fidentia, ac spiritu excelso plenus, e statione erumpit, et cum suis triremibus directo in hostes, contraque prætoriam navim currit. Secundum quem Catalanorum dux: tertius animo jam confirmato Nicolaus ibat. At vero Genuenses vento validius incumbente, et prementibus hostibus conflictum declinarunt, et iis persequentibus, Galatam ut reverterentur anniti cœperunt. Sed quoniam illic vadosum est pelagus, et fugere amplius non dabatur, Brachophago, ut vocant (ubi complura sub undis saxa latentia), ipsi priores, ut locorum gnari occupato, in ipso aquarum impetu naves jactis anchoris firmantes, non magis navale, quam terrestre prælium habebant. Cum autem Veneti, et Catalani cum Romanis advenirent, Genuenses, ut indigenæ, cæca illa saxa devitabant, periteque certabant, et hostes devincebant, nec minus Veneti. At Catalani, locorum minime omnium periti, et fervore quodam mentis in hostes citatissimo cursu invecti, alii quidem in brevia offendentes, triremes bene armatas diffringebant: alii undarum impetu aversi, non a prora, sed transversis triremibus pugnabant, et præ confusione tumultuantes, non parum lædebantur. Nihilominus imperterriti animi ac fortitudinis exempla edebant admiranda, interfectis plurimis, ac victis pene adversariis omnibus. Tametsi plures eorum non tam hostium armis, quam imperitia loci in brevia incidentes interierunt. Sed quominus Genuenses ad unum perimerentur, nox interveniens prohibuit, quæ jam intempesta, invicem dissipati sunt, qui superfuerunt: atque ita quo quemque sors tulit navim applicantes, dispersi usque ad lucem manserunt. Ex eo longe maximam cladem Catalani acceperunt. In brevia

Jacobi Pontani notæ.

(28) Negat tamen Leunclavius olim dictam Chalcedonem, et in eo alios reprehendit, sed Chrysopolim: *Nam Chalcedonis rudera*, inquit, 10 *miliaribus ab angulo sultanini saraii, versus Astacenum sinum, ad promontorium Damalicum, juxta portum Eutropii sita sunt.*

(29) Nominata est a frequenti habitatione filiarum principum, virginitatem solitariam profitentium. Cedrenus ait, Justinum nepotem Justiniani ædificasse solitariam vitam agentium domicilium, nominatum Principis, suburbanum Constantinopoleos. Zonaras scribit Nicephorum, *etc.* Vide cætera apud Petrum Gyllium, *De Bosphoro Thracio*, lib. III, cap. 15.

(30) Græci βράχεα vocant, Latini *brevia*. Sunt autem vadosa quædam in mari spatia. Vide *Miscellan.* Brodæi lib. VI, cap. 24; Virgil. I *Æneid.*:

. . . . . *trex Eurus ab alto*
In brevia et syrtes urget, miserabile visu.

enim impacti, dilaceratis triremibus, cum armorum pondere prægravati ad littus enare non possent, alii quidem in profundum hausti : eorum autem qui effugere potuerant, plures a Galatais per fallaciam capti sunt. Qui suspicione præcipientes id quod evenit, cum luminibus exibant, et æstu maris ejectis tanquam Byzantium prævibant, Illi dolum haud subodorati, sequebantur. Ita multitudo Catalanorum nesciens quo duceretur, Galatam venit. **330** Cœlo retecto mare occisorum, naufragorumque cadaveribus opertum apparuit : castra autem utraque (31) non leve illa concertatione detrimentum passa sunt ; perierunt enim triremes Genuensium cum ipsis vectoribus octo et viginti : quod in exteris fuit militum, plus dimidio partim in conflictu cecidit, partim vulneratum est. E Venetorum, Catalanorumque triremibus, sedecim cum classiariis absumptæ sunt, imperatoriarum nulla desiderata est. Ex earum classiariis aliquot pugnantes ceciderunt, non pauci vulnera acceperunt ; obtinuerunt tamen cum auxiliariis apertam victoriam. Sic porro finita est pugna cum Genuensibus, ut postridie multitudo Byzantio superveniens, duas eorum triremes, quæ fugere manus eorum non poterant, invaserit, occisisque vectoribus easdem navigiolis quidam, nemine adversante, Byzantium pertraxerint. Qui superfuerunt, et in cæteris Galatam venerunt, Venetis, et sociis recedentibus, ut domum renavigarent, oppidum intrarunt, et naves omnes hostibus reliquerunt. Solus dux intus remansit, quod idem cum militibus gregariis facere, et relictas adhuc spes salutis projicere erubesceret. Præstare namque arbitrabatur, si ita necesse esset, capi, quam ut ipse quoque desertis navibus fuga salutem petere contenderet. Tam illustrem porro, admirabilemque victoriam timiditas, et ignavia Nicolai corrupit. Si enim imperatori suadenti, ut postridie hostes aggrederetur, dicto audiens fuisset, nihil vetuisset, et naves eorum omnes capere, et ipsos obsidione ac fame perdere. Sed tantum non præ metu omittens tropæum erigere, in quemdam portum ad angustias, Therapea ab accolis cognominatas venit. Paganus, Genuatium dux, neminem hostium adventantem cernens, hortatur milites, naves iterum conscendant, nec ita perculantur, ut etiam absentes pertimescant, et turpiter fugiant : sed nunc quidem repetitis navibus ita manent, ne omnimodis desperasse videantur : si hostem accedentem conspicabuntur, nec se interdicturum, quin mœnibus salutem suam credant. His verbis commoti, ad naves redierunt, quas ante castellum in statione habebant, eo fine, ut si hostes ingruerent, non pugnarent, sed ipsis cas-

Α μάλιστα βαρείας οὔσας. Οἱ δ' ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἐκβιαζόμενοι, οὐ κατὰ πρώραν συνέβαλον τοῖς πολεμίοις, ἀλλ' ἐγκαρσίαις ταῖς τριήρεσι. Καὶ ἐβλάπτοντο οὐκ ὀλίγα ὑπὸ τῆς ἀταξίας θορυβούμενοι τῆς πρὸς τὰς ἐμβολάς· τόλμης μέν τοι καὶ ἀνδρίας ἔργα ἐπεδείξαντο θαυμαστά, καὶ πλείστους ἀπέκτειναν τῶν πολεμίων. Σχεδόν τε οὐδένες τὴν αὐτῶν ὁρμὴν ὑπέμειναν οἷς συμμίξειαν, ἀλλ' ἡττῶντο κατακράτος. Διεφθάρησαν δὲ καὶ αὐτῶν οἱ πλείους οὐ μᾶλλον ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἢ τῆς ἀπειρίας τοῖς βράχεσι περιπεσόντες, νύξ τε ἤδη ἐπιγενομένη διέσωσε τοὺς ἐκ Γεννούας τοῦ μὴ παντάπασι διαφθαρῆναι. Διεκρίθησαν γὰρ ἀπ' ἀλλήλων βαθείας ἤδη νυκτὸς, ὅσοι μὴ αὐτίκα διεφθάρησαν, καὶ διαμεῖναν ἄχρις ἡμέρας διεσκεδασμένοι, ἢ ἕκαστος ἔτυχεν ὁρμισάμενοι τὴν νύκτα. Ὁ πλείστος δὲ φθόρος συμπέπτωκε τοῖς Κατελάνοις ὑπὸ τούτου. Τοῖς βράχεσι γὰρ ἐμπίπτοντες καὶ κατερρήγνυντες τὰς τριήρεις, οἱ μὲν ἀπεπνίγοντο ὡπλισμένοι, διανήχεσθαι μὴ δυνάμενοι πρὸς τὴν χέρσον. Τῶν δυνηθέντων δὲ διαφυγεῖν οἱ πλείους ὑπὸ τῶν Γαλατίων συνελήφθησαν ἀπατηθέντες· ὑποπτεύσαντες γὰρ ἐκεῖνοι τὸ συμβὰν, φῶτα ἔχοντες, ἐξῆσαν ἐπὶ τοὺς ἐκβρασθέντας, καὶ ἡγοῦντο ὡς ἐπὶ Βυζάντιον. Οἱ δ' εἵποντο ἀπειρίᾳ· καὶ πλῆθος ἦλθε Κατελάνων εἰς τὸν Γαλατᾶν, ἀγνοοῦντες ὅποι ἄγονται. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ, θάλασσα μὲν νεκρῶν καὶ ναυαγίων περίπλεως ἐωρᾶτο. Τὰ στρατόπεδα δὲ ἀμφότερα οὐκ ὀλίγην κατὰ τὴν μάχην ἐκείνην ὑπέμεινε τὴν βλάβην· ἀπώλοντο γὰρ Γεννουΐτῶν μὲν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τριήρεις αὐτανδροι. Ἐκ δὲ τῶν ὑπολειφθεισῶν, ὑπὲρ ἡμίσεις ἔπεσον ἐν τῷ πολέμῳ καὶ ἐτραυματίσθησαν. Βενετικῶν δὲ καὶ Κατελάνων, ἐκκαίδεκα μὲν αὐτανδροι ἀπώλοντο· οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ ἐκ τῶν περιλειφθεισῶν ἦσαν τραυματίαι καὶ νεκροί. Τῶν δὲ βασιλικῶν ἀπώλετο οὐδεμία. Ἔπεσον δέ τινες κατὰ τὴν μάχην, καὶ ἐτραυματίσθησαν πολλοί. Εἶχον δὲ ὅμως τὴν νίκην περιφανῶς αἱ βασιλικαὶ μετὰ τῶν συμμαχίδων. Οὕτω δὲ τοὺς ἐκ Γεννούας κατειργάσατο ἡ μάχη, ὡς εἰς τὴν ὑστεραίαν δύο τριήρεις αὐτῶν τὸν ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου βόλον ἐπελθόντα, διεφθαρκέναι ἐκ χειρὸς, ἀδυνάτως ἔχοντας ἀνάγεσθαι, ἃς καὶ καθείλκυσάν τινες ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἀκατίοις, οὐδενὸς ἀμυνομένου. Ταῖς δὲ λοιπαῖς οἱ περιλειφθέντες εἰς Γαλατῶν ἐλθόντες, ἐπεὶ οἱ ἐκ Βενετίας μετὰ τῶν συμμάχων ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνεχώρησαν πάσας ἐκλιπόντες, ἐπὶ Γαλατᾶν εἰσῆσαν τοῖς πολεμίοις τὰς ναῦς καταλιπόντες. Μόνος δὲ ὁ στρατηγὸς ὑπελείπετο ἐντὸς, ὥσπερ αἰσχυνόμενος τοῖς πολίταις ταυτὸν παθεῖν, καὶ τὰς ὑπολειπομένας ἔτι τῆς σωτηρίας ἐλπίδας καταπροέσθαι. Βίλτιον ἡγούμενος εἰ δέοι συλλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἢ καὶ αὐτὸν καταλι-

B

C

D

Jacobi Pontani notæ.

(31) Τὰ στρατόπεδα δὲ ἀμφότερα. Nota catachresin, castra pro numero navium Sic supra cap. 4, ubi Orchanes gener ad socerum visendum venit Scutarium. Sic Virgil., in *Æneid.* :

Postquam cuncta videt cœlo constare sereno,
Dat clarum e puppi signum : nos castra movemus,
Tentamusque viam, et velorum pandimus alas.

Sicut autem hoc loco castra dixit pro classe, ita lib. II classes dixit pro castris :

Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

πεῖν τὰς ναῦς, καὶ χρήσασθαι φυγῇ πρὸς σωτηρίαν. Τοιαύτην δὲ περιφανῆ καὶ θαυμασίαν νίκην, ἡ ἀνανδρία Νικολάου διέφθειρε καὶ ἀτολμία. Εἰ γὰρ ἐπείθετο βασιλεῖ συμβουλεύοντι τοῖς πολεμίοις ἐπεξελθεῖν κατὰ τὴν ὑστεραίαν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε, τάς τε ναῦς τῶν πολεμίων λαβεῖν ἁπάσας, καὶ αὐτοὺς πολιορκίᾳ διαφθείρειν καὶ λιμῷ. Ὑπὸ δειλίας δὲ τὸ τρόπαιον στῆσαι μοναυχὶ καταλιπὼν εἰς τινα λιμένα, ἦλθε κατὰ τὸ στενόν, θεραπέα προσαγορευόμενον ἐγχωρίως. Παγανὴς δὲ ὁ τῶν Γενουϊτῶν στρατηγός, οὐδένα ἐπιόντα πολέμιον ὁρῶν, παρεκάλει τὴν στρατιὰν ἐμβαίνειν αὖθις εἰς τὰς ναῦς, καὶ μὴ τοσοῦτον καταπεπλῆχθαι τοὺς πολεμίους, ὥστε καὶ ἀπόντας ὀρρωδεῖν καὶ φεύγειν ἀγεννῶς· ἀλλὰ νῦν μὲν ἐμβάντας εἰς τὰς ναῦς καθῆσθαι, ἵνα μὴ πανταπασι δοκοῖεν ἀπηγορευκέναι. Ἂν δ' ἐπιόντας ἴδωσιν τοὺς πολεμίους, οὐδ' αὐτὸν κωλύσειν σώζεσθαι γενομένους ἐντὸς τειχῶν. Οὕτω μὲν αὖθις ἔπειθε, καὶ εἰσήγοντο ἐν ταῖς τριήρεσιν, ὡρμίσαντό τε πρὸ τοῦ φρουρίου γνώμην ἔχοντες ὡς ἦν ἐπίοιεν οἱ πολέμιοι, οὐ ναυμαχήσοντες, ἀλλὰ προησόμενοι τοῖς πολεμίοις τὰς τριήρεις. Βασιλεὺς δὲ τὴν ἀτολμίαν καὶ ἀσθένειαν οὐκ ἀγνοῶν τῶν πολεμίων, πέμπων τε παρεκάλει τὸν Νικόλαον ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἥκειν αὖθις, ὡς ἀναιμωτὶ τῆς νίκης ἐσομένης, καὶ αὐτὸς γενόμενος πρὸς τῷ λιμένι ᾧ ὡρμίζετο, πείθειν ἐπεχείρει, τὴν ἀσθένειαν τῶν πολεμίων ἐκδιδάσκων. Ὁ δ' ἀήττητος ἦν πρὸς πᾶσαν ἀνάγκην τὴν ἐκ λόγων· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐσκόπει, ὅπως μὴ αὖθις συμμίξειε τοῖς πολεμίοις, τῆς ἀτολμίας δὲ, καὶ φαυλότητος ὥσπερ προκάλυμμα καὶ τραῦμά τι μικρὸν εἶχεν, ὃ κατὰ τὴν μάχην ἐτραυματίσθη. Βασιλεὺς δὲ ἠνιᾶτο μὲν οὐκ ἀνεκτῶς, καὶ ὠργίζετο τοιαύτης νίκης ἀπολλυμένης ὑπὸ Νικολάου, πείθειν δὲ οὐκ εἶχε πολλὰ παρακαλῶν. Οὐχ ἧττον δὲ καὶ ὁ τῶν Κατελάνων ἡγανάκτει ἡγεμὼν συνόρων οἵων ὑπὸ τοῦ συνάρχοντος τροπαίων ἀποστεροῦνται, ἔφασκέ τε πρὸς βασιλέα ἀνάγκην ἔχειν ἕπεσθαι Νικολάῳ, καὶ μηδὲν ὃ μὴ κἀκείνῳ δοκεῖ ἐξεῖναι πράττειν. Οὕτω γὰρ εἶναι προστεταγμένον αὐτῷ παρὰ ῥητῆς τοῦ σφῶν δεσπότου. Εἰ δὲ μὴ ταύτην εἶχε τὴν ἀνάγκην, οὐκ ἂν ἐδεήθη Νικολάου πρὸς τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἔφοδον· ἀλλ' ἅμα ταῖς βασιλέως μόναις ἂν ἐπεχείρησε καὶ κατώρθωσε τὸ ἔργον, τῇ τε τῶν σφετέρων εὐτολμίᾳ πεποιθὼς, καὶ ἀρετῇ, καὶ τῇ Ῥωμαίων· εὐτολμότατοι γὰρ ἐφάνησαν αὐτῷ καὶ ἐμπειρότατοι κατὰ τὴν μάχην. Αἰσθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ αὐτὸν ὡρμημένον πρὸς τὴν μάχην, μᾶλλόν τε ἐπέῤῥωσε λόγοις παρακλητικοῖς, καὶ Νικόλαον αὖθις ἐπεχείρει πείθειν, καὶ τοῦ Κατελάνων ἄρχοντος τὴν γνώμην ἐπαινοῦντος, καὶ δεομένου πείθεσθαι τῷ βασιλεῖ τὰ βελτίω συμβουλεύοντι. Ὁ δὲ πᾶσι λόγοις μᾶλλον, ἢ τοῖς περὶ μάχης ὑπεῖχεν ἀκοάς· ἀλλ' ἀπηγόρευε φανερῶς, καὶ διήγαγεν οὕτως ἀπρακτῶν ὀλίγῳ πλείους ἡμερῶν τριάκοντα. Κατελάνοι δὲ εὐθὺς μετὰ τὴν μάχην, τούς τε τραυματίας, ὅσοι ἦσαν, καὶ τοὺς νενοσηκότας, παμπόλλους ὄντας, ἦγαγον εἰς Βυζάντιον.

A fugiendo relinquerent. Imperator eorum ignaviam, et imbecillitatem non ignorans, ad Nicolaum mittit, hortatur hostes rursum invadat, victoriam incruentam fore. **831** Quin ipsemet ad portum, quem ille tenebat, profectus, fractas, et debilitatas hostium vires demonstrans, eo illum perducere nitebatur. Sed nulla erat tam evidens ac necessaria probatio, quæ hominem convinceret : cujus cogitatio in hoc solum consumebatur, quomodo conflictum effugeret, imbellis et alieni animi sui velut quoddam mantellum habentis vulnusculum, quod in certamine acceperat. Imperator intolerabili dolore et iracundia exardescere, tam præclaram victoriam per Nicolaum amitti, quem precibus, quamvis multis, expugnare non potuisset. Nec minor erat ducis Ca- B talanorum indignatio, quod talibus tropæis a collega privaretur : dicebatque imperatori, cogi se Nicolaum sequi, nec posse quidquam facere illo non probante. Sic enim sibi a rege suo imperatum. Quæ necessitas nisi intercessisset, Nicolao ad hostes aggrediundos opus non fuisse, voluisse se una cum imperatoriis tantum triremibus in eos incurrere, et secundo marte rem gerere, suorum virilitate, et Romanorum virtute confisum, quos animosissimos, belloque exercitatissimos judicabat. Sentiens igitur imperator pugnæ avidum, currenti calcar addit, et Nicolaum denuo flectere attentat. Cumque etiam Catalanorum ductor imperatoris sententiam laudaret, rogaretque ut bene suadenti obsecundaret, ille cuivis sermoni potius, quam de pugna aures adhibebat, palamque detrectans, sic otiosus paulo C plus triginta dies transigebat. Catalani finito prælio, vulneratos, quotquot erant, et ægros plurimos statim Byzantium deduxerunt, quos Byzantii mira humanitate exceperunt, et fame, ac frigore pene mortuos, singulari benignitate curaverunt, suppeditatis necessariis indumentis, et auxiliis ad sanitatem omnibus, qui non jam confecti ac perditi ibidem exstinguebantur. Nicolai vero tantam inhumanitatem, crudelitatemque detestabantur, quod exercitum robore florentem, pugna fortissimum, et a suis strenuitate plurimum differentem cum absumpsisset, velut voluntaria eum negligentia enervasset, ac perdidisset. Per æstatem enim e sua D regione profecti, opinatique brevi tempore aut cæsuros hostem, si in eum inciderent, aut ab eo cæsum iri (tali quippe spiritu militatum ibant), neque vestes crassas ad frigus hiberna expeditione defendendum, neque commeatum sufficientem sibi providerant, sed tenuius ab utroque instructi, mare conscenderant. **832** Nicolaum autem tempus male ferentem, insulasque circumnavigantem, et præ ignavia pugnam devitantem, cum impensius orantes, obtinere ab eo nequirent, ut ipsos in hostem, validos adhuc et vigentes, duceret (qui pe spem longe superaturos) et alimenta jam deesse inciperent, ille necessitate constrictus, metuensque ne præ egestate interirent prorsus, jussit cuique, et militi, et remigi dimidium alimentum præberi,

per diem non plus quam mazam scilicet (32). Victu adeo parco submINistrato, ut eo vitam vix retinerent, asperæ insuper tempestates eos nudos, et esuritione emaciatos omnino fregerunt, ac deartuarunt. Horum nihil curæ erat Nicolao, sed ad emporia amica navibus accedens, suis quantum poterat prospiciebat : sociis autem, quantum dici non potest, melioribus, ne hilum quidem, tam se erga amicos improbe gerebat. Quem jure accusantes Byzantii plane alios se Catalanis, tam gravem eorum arumnam miserati, exhibebant. Non enim duntaxat omnino nudi erant, sed et luce hominum simulacra carentum (33), ut cum poeta loquar, paulum adhuc spirantes et se moventes, unde vivere etiamnum credebantur. Multi porro se nec movere poterant, membris algoris sævitia præmortuis. Tam sollicite autem, tam diligenter ægrotantibus inserviebant, quam vel propinquissimis. Atque hoc insigne et humanitatis plenum opus non modo potentiores cives, et sacra monasteria, et domus hospitales exercebant, sed plebeii quoque plurimi, et opifices : imo vero omnes contendebant, ut alter alterum miseris sedulitate ministrandi vinceret. Cum eos convenienti cura hunc in modum refocillassent, atque incolumitati restituissent, ad triremes eorum jam solventes, miris laudibus Romanos extollentes, et de curatione amplissime gratias agentes remittebant. Sed quibus naves perierant, et Byzantii necessario relinquebantur, circiter duo millia, eos imperator per continentem in sedes suas remittendos putavit. Remanserunt tamen sponte plus trecentis, quorum mercenaria opera in expeditione postea usus est imperator : et sane bellatores sese fortes demonstrarunt. Verum hæc postea contigerunt.

Καὶ φιλοφρόνως ἄγαν οἱ Βυζάντιοι ἐδέξαντο, καὶ ἐθεράπευσαν μάλα φιλανθρώπως, ὑπὸ λιμοῦ καὶ κρύους μάλιστα κακῶς διακειμένους. Καὶ τά τε ἀναγκαῖα τῶν ἐνδυμάτων ἐχορήγουν, καὶ πρὸς τὴν νόσον ἦρκεσαν ἑκάστῳ ὅσοι μὴ ἀπέθνησκον κατεργασθέντες. Πολλήν τε κατεγίνωσκον ὠμότητα, καὶ ἀφιλανθρωπίαν Νικολάου, ὅτι στρατιὰν ἀκμάζουσαν, καὶ πρὸς μάχας κάλλιστα ἐξησκημένην, καὶ πλεῖστα διαφέρουσαν ὧν αὐτὸς ἦγε πρὸς ἀνδραγαθίας λόγον παραλαβὼν, ὥσπερ ἐξεπίτηδες διέφθειρε καταμελήσας. Θέρους γὰρ ὥρᾳ τῆς πατρίδος ἐξορμηθέντες, καὶ νομίσαντες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἢ διαφθερεῖν τοὺς πολεμίους προστυχόντες, ἢ αὐτοὶ διαρθαρήσεσθαι, τοιαύτη γὰρ ἐξεστράτευσαν ὁρμῇ, οὔθ' ἱματίων πρόνοιαν πρὸς τὴν χειμῶνι στρατείαν ἀρχεσόντων ἐποιήσαντο, οὔτε τῶν λοιπῶν ἐπιτηδείων· ἀλλὰ μέτρι' ἅττα ἔχοντες, ἐξῆσαν ἐν ταῖς ναυσί. Νικολάου δὲ τὸν χρόνον τρίβοντος κακῶς, καὶ νήσους περιπλέοντος, καὶ φυγομαχοῦντος ὑπ' ἀνανδρίας, ἐπεὶ πεῖθειν οὐκ εἶχον πολλὰ δεόμενοι ἐπάγειν σφᾶς τοῖς πολεμίοις ἕως ἔρρωται ἡ στρατιὰ, ὡς πολλῷ τῶν ἐλπίδων βελτίους ἐσομένους, τά τε ἐπιτήδεια ἐπιλείπειν ἤδη ἤρχετο, ἀνάγκῃ περισχεθεὶς ὁ στρατηγὸς, καὶ δείσας μὴ παντάπασιν ἀπόλωνται ὑπὸ ἐνδείας, ἐκέλευε τὴν ἡμίσειαν τροφὴν ἑκάστῳ καὶ ὁπλίτῃ παρέχειν τῆς ἡμέρας, οὐδὲν πλέον ἢ μάζης οβσης. Γλίσχρως δὲ αὐτοῖς χορηγουμένης τῆς τροφῆς ὡς μόλις ἀποζῆν, καὶ χειμῶνες ἐπιγενόμενοι ἐξαίσιοι, διέφθειραν παντάπασι γυμνοῖς καὶ πεινῶσιν ἐπιθέμενοι. Νικολάου δὲ οὐδενὸς ἐμέλησε τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐμπορίοις τοῖς σφίσι φιλίοις προσίσχων ταῖς ναυσὶ, τῶν μὲν ἰδίων ἐποιεῖτο πρόνοιαν ὅση δυνατή· τῶν δὲ συμμάχων, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν, ὄντων βελτιόνων, κατημέλει· Τοιαύτην ἐνεδείξατο ἀγνωμοσύνην πρὸς τοὺς φίλους. Ὃν δικαίως πολλὰ καταμεμφόμενοι Βυζάντιοι τοὐναντίον ἅπαν ἐπεδείκνυντο πρὸς Κατελάνους, τῆς τοσαύτης οἰκτείροντες κακοπραγίας. Οὐ μόνον γὰρ ἦσαν παντάπασι γυμνοὶ, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν εἴδωλα καμόντων ποιητικῶς εἰπεῖν, ὀλίγον ἐμπνέοντες ἔτι, καὶ ζῆν πεπιστευμένοι τῷ κινεῖσθαι. Οἱ πλείους δὲ οὐδὲ κινεῖσθαι ἦσαν δυνατοὶ, ὑπὸ τοῦ ψύχους τῶν μελῶν ἠκρωτηριασμένων, καὶ τοσαύτης ἠξίωσαν ἐπιμελείας, ὅσης ἄν τινας καὶ τῶν οἰκειοτάτων. Οὐ μόνον οἱ δυνατοὶ τῶν πολιτῶν καὶ φροντιστήρια ἱερὰ, καὶ οἱ πρὸς κοινὴν ὑποδοχὴν τῶν ξένων κατεσκευασμένοι οἶκοι τὸ θαυμαστὸν τοῦτο παρὰ Ῥωμαίοις ἔργον, καὶ πολλῆς φιλανθρωπίας τέμον, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ δήμου πλεῖστοι, καὶ τῶν ἐργαστηρίοις καὶ τέχναις προσεχόντων, μᾶλλον δὲ σύμπαντες ἐφιλονείκουν, ἄλλος ἄλλον ὑπερβαλέσθαι τῇ περὶ τοὺς δυσπραγοῦντας φιλοτιμίᾳ, καὶ οὕτω καλῶς ἀνακτησάμενοι, καὶ προνοίας τῆς δεούσης ἀξιώσαντες, ἐξέπεμπον ἐπὶ τὰς σφῶν τριήρεις πρὸς τὴν οἰκίαν ἀπαιρούσας ἤδη, πολλὰ Ῥωμαίους εὐφημοῦντας, καὶ τῆς περὶ σφᾶς προνοίας μεγάλας χάριτας ὁμολογοῦντας. Ὅσοις δὲ ἀπώλοντο αἱ νῆες, ἐν Βυζαντίῳ κατελείποντο ἀνάγκῃ περὶ δισχιλίους ὄντες. Ὧν τοὺς πολλοὺς, δεηθέντας ὕστερον πολλῆς προνοίας ἀξιώσας ἐξέπεμψεν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν οἰκίαν διὰ τῆς ἠπείρου. Κατελείποντο δὲ ἐκόντι ὑπὲρ τριακοσίους, οἷς ἐχρῆτο πρὸς στρατείας ὁ βασιλεὺς μισθοφοροῦσι, καὶ πολλὴν ἀνδραγαθίαν ἐπεδείκνυντο κατὰ τὰς μάχας. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

Jacobi Pontani notæ.

(32) Vilior fuit μᾶζα, quam ἄρτος, cum hic ex tritico, illa ex hordeo pleramque conficeretur. Multis eam describit in *Thesauro* suo Stephanus. Xenophon, I *Pædiæ Cyri* : Εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται ἢ ἐσθίειν ἡδῶς, ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ, ἢ πίνειν ἡδῶς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν· ἀναμνησθήτω, πῶς μὲν ἡδὺ μᾶζα, καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν· *Si quis autem est, qui putet eos injucundius edere, vel bibere, cum ad panem nihil adhibeant, præter nasturtium, et aquam potent, recordetur is, quam suavis sit esurienti placenta ac panis, et quam dulcis sitienti aqua.*

(33) Ex Homero *Odyss.* λ. Βροτῶν εἴδωλα καμόντων, ad cujus vexyiav alludit, de qua M. Tullius lib. I *Tusculan.*

833 CAPUT XXXI.

Genuenses ultro hostes lacessere statuunt. Orchanes cur Venetis infensus; Genuensibus mittit auxilia. Imbellis animus Nicolai, cui trascitur maxime Catalanorum dux, ac præ dolore correptus morbo decedit, cui Monean subrogatur. Nicolaum imperator ad pugnam frustra sollicitat; et tandem ut mentis expertem missum facit; cum Genuensibus fœdus jungit.

Τότε δὲ ἐπεὶ οἱ ἐκ Γενούας οὐδένα πολεμίων ἐν A ἡμέραις πλείοσιν ἑώρων ἐπιόντα, ὅπερ ἦν, τὴν πρὸς αὐτοὺς μάχην ὀρρωδεῖν τοὺς πολεμίους ὑποπτεύσαντες, ἀνεθάρσησάν τε, καὶ ὅεῖν ἔγνωσαν αὐτοὶ ἐκείνοις ἐπιέναι, ὡς μᾶλλον καταπλήξοντες. Καὶ αὐτοί τε παρεσκευάζοντο ὅσα ἔδει πρὸς τὴν μάχην, καὶ πρὸς Ὀρχάνην πρεσβείαν πέμψαντες, ἐδέοντο σφίσι συμμαχεῖν, χρήματά τε οὐκ ὀλίγα παρεχόμενοι, καὶ τὴν χάριν ἐσεῖ ἀνάγραπτον τῷ Γενούας δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ ἔσεσθαι ἐπαγγελλόμενοι. Ὁ δ' ἐπείθετο προθύμως, οὐ μόνον τῶν χρημάτων ἕνεκα, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς ἐκ Βενετίας ἐν αἰτίαις εἶχεν, ὅτι πρὸς τοὺς ὅρους τῆς ἐκείνου ἡγεμονίας ἀφιγμένοι στόλῳ τοσούτῳ, οὐ μόνον σύμμαχον καὶ φίλον ἔχειν, ἀλλ' οὐδὲ προσρήσεως γοῦν τινος ἠξίωσαν ψιλῆς. Καὶ πέμψας στρατιὰν πολλὴν πεζήν τε καὶ ἱππικὴν πρὸς τὴν ἀντιπέρας Βυζαντίου ἤπειρον, ἐκεῖθέν τε ἐκέλευε τοὺς ἐκ Γενούας ὠφελεῖν, ὅ τι ἂν δύναιντο, καὶ πρὸς Γαλατᾶν περαιουμένους. Καὶ ὠφέλησε τὰ μέγιστα κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τὸ Περσικὸν αὐτούς. Ὡς γὰρ ἤδη παρεσκευασμένοι ἦσαν, καὶ οὐδὲν ἐνέδει ἔτι, καὶ ὁλκάδας δύο μεγάλας ἐπαγόμενοι, ἐφ' αἷς ἦσαν ξύλινοι πύργοι κατεσκευασμένοι οἷς ἐπέστησαν πολλοὺς ὁπλίτας, πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον ἐπεραιώθησαν ταῖς ναυσὶν ἁπάσαις ὅσαις εἶχον. Παρεπομένων δὲ ἐκ τῆς ἠπείρου καὶ τῶν Περσῶν, καταντιχρὺ τῶν πολεμίων ὡρμίσαντο ἐλθόντες. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα πολλὴν ἄγων στρατιὰν πεζήν τε καὶ ἱππικὴν ἐκ Βυζαντίου, συστρατευομένου καὶ Παλαιολόγου τοῦ νέου βασιλέως, ἅρτι γὰρ ἀφῖκτο ἐκ Θεσσαλονίκης ὥσπερ ὕστερον εἰρήσεται ὀλίγῳ, πρός τε τὰς σφετέρας καὶ τὰς συμμαχίδας ἀφίκοντο τριήρεις, καὶ παρώρμων τὸν Νικόλαον ἐπὶ τὴν μάχην. Ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πεισθήσεσθαί ποτε, ὥσθ' ὑπ' ἄκρας ἀθλιότητος, μηχανὰς διενοεῖτο πετροβόλους ἀχθησομένας ἐκ Βυζαντίου καθιστᾷν ἐπὶ τῆς χέρσου, ὡς ἀμυνουμένας ἀπὸ γῆς, ἂν οἱ πολέμιοι ἐπίωσιν. Ἃ εἰ καί τινα ὠφέλειαν συνοίσειν ἐνομίζετο, οὐκ ὀλίγου ἂν ἐδεήθη χρόνου πρὸς κατασκευήν, τῶν πολεμίων μάλιστα ἐφεστηκότων, καὶ πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας δυναμένων ἐπιέναι. Οὕτως οὔτε ἔπραττεν, οὔτε διενοεῖτό τι τῶν ἔμφρονι στρατηγῷ καὶ τὰ δέοντα συνεῖναι δυναμένῳ προσηκόντων ὑπὸ τῆς παρούσης ἐμπληξίας καὶ δειλίας. Πούνσων δὲ Ντεσάντα παῖς, οὕτω γὰρ ὁ τῶν Καταλάνων ἄρχων B ἐκαλεῖτο, διερρήγνυτο ὑπὸ θυμοῦ, καὶ διασπᾷν, εἰ οἷόν τε ἦν τὸν συνάρχοντα Νικόλαον διενοεῖτο, τὴν ὕβριν τῶν πολεμίων, καὶ τὴν καταφρόνησιν ἐννοῶν, ἣν πάσχουσι διὰ τὴν φαυλότητα τοῦ στρατηγοῦ, τοσοῦτον ἐν ἅπασι τῶν πολεμίων ὑπερέχοντες· πολλήν τε τοῦ σφετέρου ῥηγὸς κατεγίνωσκεν ἀπραγμοσύ-

Tum vero postquam Genuenses diebus pluribus nullum accedere hostem viderunt, conjectantes rem ipsam, se timeri videlicet, sumpserunt animos, et in illos, quo amplius terrerentur, eundum decreverunt. Cumque ipsi pugnæ necessaria pararent, missis etiam ad Orchanem legatis, ejus auxilium implorabant, immanem pecuniam largientes, se promittentes, beneficium id, populi, et senatus Genuensium pectoribus perpetuo inscriptum fore. Orchanes lætus annuit, non solum pecunia illectus, sed quod Venetis quoque erat offensus: quia nimirum ad fines principatus sui cum tanta classe venientes, non modo amicum, et socium ipsum habere, sed nec affatu saltem dignati fuissent, missisque in continentem e regione Byzantii magna pedi- B tum equitumque vi, mandavit, ut Genuenses adjuvarent, quantum possent, et Galatam trajicerent. Comduxit illis eo tempore vehementer Persicum auxilium. Cum enim jam parati plane essent, et onerarias duas magnas cum turribus ligneis, in quibus stabant, deducerent, ingentem insuper armatorum multitudinem in adversam continentem, navibus omnibus quotquot habebant, trajecerunt, Persisque eodem per terram sequentibus, ex adverso hostium applicuerunt. Imperator statim numerosas copias pedestres et equestres Byzantio adducens, comite Palæologo juniore imperatore (recens enim Thessalonica redierat, ut paulo post dicetur), ad suas et socias triremes adventare, et Nicolaum ad pugnam extimulare. Qui usque eo non movebatur, C ut homo miserrimus de machinis lapidum jaculatricibus Byzantio adducendis, et in terra constituendis cogitaret, ut inde hostes instantes repelleret. Quæ etsi aliquid profuturæ videbantur, non pauco tamen tempore ut fabricarentur, indiguissent, cum hostes jam adessent, eodemque die possent sæpius invadere. Sic erat, ac præ metu, et vecordia nihil quod ducem cordatum, et quid res posceret, intelligentem deceret, versabat animo. **834** Punson vero Ntisantæ filius (sic enim Catalanorum dux appellabatur) præ ira, Nicolaum collegam vel dilaniare cupiebat, si posset, insolentiam hostium contemptumque considerans, quem ob ducis ignaviam pertulissent, cum tantum D rebus omnibus eis antecelleret: magnæque regem suum imprudentiæ notabat, quod ipsum et exercitum tali mancipio, quique a vilissimis et ignavissimis nihil differret, subjecisset. Cum autem febrim haberet, principium morbi fœda Nicolai facta e quibus mala semper augescerent (34), exstitisse et se inde moriturum affirmabat, ut paulo post

Jacobi Pontani notæ.

(34) Deesse videtur aliquid ad sententiam, quod respondeat illi particulæ τε· τὴν ἀρχὴν τε ἔφασκεν ὑπὸ τῶν ἀτόπων ἔργων ἀεὶ προστιθεμένων τῶν δεινῶν. Sequi debuit, καὶ, *et*, cum ea particula, *qui-*

contigit. Sive enim acerbitate animi, et ira adversus collegam, sive alia ratione adjuvante, morbo confectus interiit : vir domi suæ nobilis, et prudentia arteque imperatoria nullo inferior, quique in prælio præclare stetit. In ejus locum dux electus est Monean de Scoltis, Catalanus, non ille quidem clarus, neque nobilis, sed intelligentia et usu aliis præstans, et bellicosissimus. Nicolaus e statione solvens, retro relictis hostibus, cum omnibus triremibus, Byzantium venit. Illi metuentes ne Galatam invaderet (in qua parati tum propugnatores visebantur, quod omnes in navibus essent) eum sunt insecuti. Quem imperator rursum rogavit, uti cum eis appellentibus confligeret, quoniam indubitatam cernebat victoriam, nec permovit, omnia scilicet potius quam pugnam cogitantem. Imperator perplexus, ac nescius quo se verteret, Monean Catalanorum ducem hortatur, cum imperatoriis triremibus in hostes procedat. Putabat enim præ pudore Nicolaum ei non defuturum, illumque apud regem honestam defensionem habiturum, si a Nicolao inobedientiæ postulatur, mortuum esse videlicet illum, cui ipse mandaverit Nicolao per omnia subesse. Monean confirmare, sibi et suis prælium in optatissimis esse, et timiditatem nimiam Nicolai vituperare, qui præsentem victoriam ex humilitate animi volens e manibus dimiserit. Non posse tamen nec se contra placitum Nicolai facere. Eodem enim modo pendere ab illo, quo antegressus dux pependerit. Prorsus autem stultum videri, si victores, et victi æque inobedientiæ pœnas suo principi se daturos suspicantes, nihilominus dimicationem subeant, utrinque tam manifesto periculo. **835** Sive enim vincant, ultima supplicia cum dedecore passuros, quia non obedierint (sic enim esse apud eos in more positum), sive ab hostibus vincantur (ancipites enim sunt exitus prœliorum) [55] mori oportere, quibus bellum pepercerit. Quocirca, nisi permittente Nicolao, se cum hostibus congredi non posse. Imperatore circa pugnam sic maxime occupato, et ob sociorum pertinaciam stomachante (Romani enim soli tantæ hostium classi resistere nequibant), visæ sunt adnare ex Catalanis tres triremes, magnitudine præcipua, et reliquo toto apparatu decenter instructæ, in quibus bellicosissimi fortissimique milites. Ratus igitur, hac accessione Nicolaum excitatum, in hostes incursurum, lætabatur, et spem meliorem concipiebat, proindeque illum statim eo impellere instituit. Qui facto ipso declarans non se pugnaturum, statione relicta (stabat autem ad portam Eugenii) et arce circumnavigata, ad portam Barbaræ martyris nominatam, in æstu undarum maximo constitit,

Α νην, ὅτι φέρων αὐτόν τε καὶ τὴν στρατιὰν ὑπέταξε τοιούτῳ ἀνδραποδώδει, τῶν πολλῶν καὶ φαυλοτάτων οὐδὲν ἄμεινον διακειμένῳ· πονήρως δὲ καὶ τὸ σῶμα ἔχων ὑπὸ πυρετῶν, τὴν ἀρχὴν τε ἔφασκεν ὑπὸ τῶν ἀτόπων ἔργων τοῦ συνάρχοντος νενοσηκέναι, καὶ τελευτήσειν ἀεὶ προστιθεμένων τῶν δεινῶν. Ὅπερ καὶ μικρὸν ὕστερον ἐγίνετο. Εἴτε γὰρ ὑπὸ πικρίας καὶ ὀργῆς τῆς πρὸς τὸν συνάρχοντα, εἴτε καὶ ἄλλως κατεργασθείς, ὑπὸ τῆς νόσου ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ ἐπιφανὴς ἐν τοῖς ὁμοφύλοις, καὶ πρὸς σύνεσιν καὶ στρατηγίαν οὐδενὸς ἀπολειπόμενος, καὶ ἀγαθὸς ὀφθεὶς κατὰ τὰς μάχας. Ἡρεῖτο δὲ ἀντ' ἐκείνου στρατηγὸς Μονενάν τε Σκολτοῖς Κατελάνης, οὐκ ἐπιφανὴς μὲν, οὐδὲ ἐκ τῶν εὐπατριδῶν· ὅμως δὲ συνέσει καὶ πείρᾳ τῶν ἄλλων ὑπερέχων, καὶ πρὸς μάχας κάλλιστα ἐξησκημένος. Νικόλαος δὲ ἅρας ἐξ οὗπερ ὡρμίζετο λιμένος ἅμα πάσαις ταῖς τριήρεσιν εἰς Βυζάντιον ἀφῖκτο, ὀπίσω καταλιπὼν τοὺς πολεμίους. Δείσαντες δὲ κἀκεῖνοι μὴ ἐπίθωνται Γαλατᾷ ὀλιγανδροῦντι, πάντες γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ναυσὶ, κατέπλεον μετ' ἐκείνους. Καὶ αὖθις ὁ βασιλεὺς ἐδεῖτο Νικολάου συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις καταπλέουσιν· ἑώρα γὰρ περιφανῆ τὴν νίκην ἐσομένην. Ὁ δ' οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον πάντα μᾶλλον ἢ μάχεσθαι διενοεῖτο· βασιλεὺς δὲ ὑπ' ἀμηχανίας ἀπορῶν, ὅ τι χρήσαιτο τοῖς πράγμασι, Μονενὰν τῷ τῶν Κατελάνων ἄρχοντι συνεβούλευε μετὰ τῶν βασιλικῶν παρασκευασάμενον τριήρεων χωρεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Οἴεσθαι γὰρ καὶ Νικόλαον αἰσχυνθέντα οὐκ ἀπολειφθήσεσθαι

Β τῆς μάχης, πρός τε τὸν ῥῆγα σφῶν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ἔσεσθαι, εἰ παρὰ Νικολάου διώκοιτο ἀπειθείας· τετελευτηκέναι γὰρ ἐκεῖνον, ᾧ προσέταττεν ὁ ῥὴξ πάντα Νικολάῳ πείθεσθαι. Μονενὰν δὲ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὁμοφύλοις μάλιστα τὴν μάχην εἶναι κατὰ γνώμην ἔφασκε, καὶ πολλὴν καταγινώσκειν ἀτολμίαν Νικολάου, οὕτως ἑτοίμην νίκην ὑπὸ φαυλότητος ἑκόντι προϊεμένου· μὴ δύνασθαι δὲ μηδ' αὐτὸν παρὰ τὰ δοκοῦντα πράττειν Νικολάῳ· τὸν γὰρ αὐτὸν εἶναι λόγον πρὸς αὐτὸν ὅνπερ καὶ τῷ στρατηγοῦντι πρὸ ἐκείνου. Εἶναι δὲ ἀνόητον παντάπασιν, εἰ νικῶντες καὶ ἡττώμενοι ὁμοίως εὐθύνας ὑποπτεύοντες τῆς ἀπειθείας τῷ σφῶν ἄρχοντι παρέχειν, ἔπειτα διακινδυνεύειν ὑποσταῖεν ἐφ' οὕτως ἑκατέρωθεν ἐσομένοις φανεροῖς κακοῖς. Ἂν τε γὰρ

C νικῷεν, κολάζεσθαι ἀνάγκη, καὶ τὰ ἔσχατα ὑπομένειν, καὶ ἀτίμους εἶναι διὰ τὴν ἀπείθειαν, οὕτω γὰρ εἶναι παρ' αὐτοῖς νενομισμένον· ἂν θ' ἡττῶνται παρὰ τῶν πολεμίων, δῆλον γὰρ ὅπη ἀποβήσεται, ἀνάγκη ἀποθνήσκειν τοὺς περισωθέντας ἀπὸ τοῦ πολέμου· δι' ἃ μὴ δύνασθαι, εἰ μὴ Νικόλαος ἐπιτρέπει, συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις. Οὕτω δὲ περὶ τὴν μάχην μάλιστα ἠσχολημένου βασιλέως, καὶ ἀγα-

Jacobi Pontani notæ.

bus significaretur, eum sibi mortem vaticinatum. Cui apte respondet, quod subjungitur, ὅπερ καὶ μικρὸν ὕστερον ἐγίνετο. Εἴτε γαρ ὑπὸ πικρίας, etc. *Quod et paulo post factum est. Sive enim propter acerbitatem*, etc. Itaque nos quæ deesse videbamur, adjicienda putavimus ad implendam sententiam

(55) Cic., *pro Milone: Adde casus, adde incertos exitus prœliorum Martemque communem: qui sæpe spoliantem jam et exsultantem evertit, et perculit ab abjecto.* Homerus, *Iliad.* VI:

Ξυνὸς Ἐνυάλιος, καίτοι κτανέοντα κατέκτα.

Communis Mars, inque vicem perimit perimentem. Vide proverb. *Mars communis.*

ναχτοῦντας, ὅτι μὴ πείθοιντο οἱ σύμμαχοι, ταῖς γαρ σφετέραις μόναις ἀδύνατοι ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς τοσοῦτον στόλον ἀντικαθίστασθαι τῶν πολεμίων, ἀθρόον ἑωρῶντο ἄρτι ἥκουσαι ἐκ Κατελάνων τρεῖς τριήρεις μέγιστα μεγέθει, καὶ πρὸς τὴν ἄλλην ἅπασαν παρασκευὴν διαπρεπῶς κεκοσμημέναι, ὁπλίτας ἄγουσαι μαχιμωτάτους πολλοὺς καὶ ἀγαθούς. Νομίσας δὲ διὰ τὴν προσθήκην τῶν τριήρεων ἀναθαρσήσαντα Νικόλαον χωρήσειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἥδετό τε καὶ ἐν ἐλπίσι χρηστοτέραις ἦν, καὶ αὖθις ἐπεχείρει παρορμᾷν. Ὁ δ' ἔργοις αὐτοῖς ὡς οὐ μαχεῖται φανερὸν ποιῶν, τὸν ναύσταθμον καταλιπών, ὥρμιζετο γὰρ ἐπὶ τὰς Εὐγενίου πύλας, καὶ περιπλεύσας τὴν ἀκρόπολιν, ἐπὶ τὸ ἀκμαιότατον τοῦ ῥεύματος ἐλθών, ἐφώρμει πρὸς τὴν τῆς μάρτυρος Βαρβάρας καλουμένην πύλην· συνείποντο δὲ ἀνάγκῃ καὶ Κατελάνοι καὶ Ῥωμαῖοι. Βασιλεὺς δὲ εἰδὼς ἀλίμενον τὸ χωρίον ὄν, ὡς τὰ πολλὰ ἂν ἐκ πόντου, ἢ πρὸς ἕω πνεύματα προσπέσωσιν· ὀγκουμένη γὰρ ἡ θάλασσα τοῖς τείχεσι προσπίπτει, πέτραι τε πολλαὶ καὶ ὕφαλοι καὶ φαινόμεναι τῶν τειχῶν προβέβληνται πανταχοῦ πρὸς ἄμυναν τῶν κυμάτων, ὑπὸ τῶν πρώτως τειχισάντων τὸ Βυζάντιον ἐκ προνοίας ᾠκοδομημέναι· συνεβούλευεν ἀφίστασθαι τοῦ τόπου, καὶ μὴ σφᾶς αὐτοὺς ἀπροσδοκήτοις κινδύνοις περιβάλλειν ἐκόντι. Νικολάου δὲ σφίσι μᾶλλον τῆς περὶ τὰ ναυτικὰ πείρας δεῖν εἶναι παραχωρεῖν εἰπόντος πρὸς βασιλέα, ὥσπερ αὐτοί τε καὶ πάντες αὐτῷ τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον ἐξίστανται, καὶ πολυπραγμονεῖν μηδὲν ὡς οὐκ ἐπιστήμῃ πολλῇ τὰς ναυλοχίας ποιουμένων τοῦτον μὲν ὡς ἀπεστερημένον παντάπασι κατελίμπανε φρενῶν. Ταρχανειώτην δὲ τὸν τῶν σφετέρων ἔρχοντα τριήρεων τάχιστα ἐκέλευεν ἀναχωρεῖν, ὅπου μάλιστα ἐν ἀσφαλεῖ διανυκτερεύσει, καὶ μὴ τοῖς ἀναισθήτοις ἐκείνοις συγκινδυνεύειν. Ταρχανειώτης μὲν οὖν ἐποίει κατὰ τὰ κεκελευσμένα. Πνευμάτων δὲ ἀθρόον ἀκρίτων προσπεσόντων τῆς νυκτὸς, καὶ τῆς θαλάσσης ἐξοιδησάσης, ὀλίγου ἐδέησαν αἱ Βενετικαὶ τριήρεις, καὶ αἱ συμμαχίδες πᾶσαι διαφθαρῆναι ὑπὸ τῶν κυμάτων πρὸς τὰ τείχη ἐξωθούμεναι. Ὅμως μέντοι ἐναυάγησαν τέτταρες ἐκ τῶν Βενετικῶν, καὶ τρεῖς τῶν συμμαχίδων. Ἄνθρωποι δὲ καὶ ὅπλα, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀποσκευαὶ διεσώθησαν, πολλὰ καὶ τῶν Βυζαντίων συνεφαπτομένων, καὶ συναλγούντων πρὸς τὸν κίνδυνον· αἱ βασιλικαὶ δὲ διενυκτέρευσαν ἐν ἀσφαλεῖ, οὐδ' ἐν αἰσθήσει τοῦ κλύδωνος γεγενημέναι. Οὕτω φαύλως ὁ τῶν ἐκ Βενετίας στρατηγὸς ἠγωνίσατο κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καὶ ὥσπερ ἐκόντι μετὰ τοὺς κινδύνους προεῖτο τὴν νίκην τοῖς πολεμίοις, πολλῆς τε ἀηδίας καὶ λύπης ἐνέπλησε, καὶ οἷς ἔλεγε, καὶ οἷς ἐποίει βασιλέα. Μετὰ δὲ τὸν κλύδωνα ἐκεῖνον, καὶ τὰς ναυαγίας, παραινοῦντος βασιλέως ἔτι περιμένειν, αὐτὸς μηδὲ συνταξάμενος, ἀνεχώρει, μόνον τὸν βασιλέα πρὸς τὸν πόλεμον καταλιπών. Ὁ δὲ οὐδ' οὕτως ἀπείπατο τὴν συμμαχίαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν τῶν συμμάχων ἀναχώρησιν, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις διέφερε τὸν πόλεμον, ἐλπίζων ἐπανήξειν τοὺς συμμάχους. Ὡς δὲ ἠγγέλλοντο ὑπερβαλόντες τὸν Αἰγαῖον, οὐδένα ἂν δικαίως αἰτίαν ἐπενεγκεῖν εἰ σπένδοιτο τοῖς πολεμίοις θαλασσοκρατοῦσιν, ἀπολιπόντων τῶν συμμάχων, καὶ καταπροδόντων ἄντικρυς, ἐπείσατο πρὸς τοὺς ἐκ τῆς Γενούης προθυμότατα δεξαμένους τὴν τοῦ πρὸς βασιλέα κατάλυσιν πολέμου. Μετὰ τοῦτο δὲ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν οἰκίαν ἀνεχώρουν.

A Catalanis et Romanis, vellent, nollent, sequentibus. Imperator locum importuosum esse sciens (nam sæpe si vel a ponto, vel ab oriente ventus incident tumescens mare muros verberat, saxaque multa sub aquis latentia, et eminentia ante muros jacta sunt, quæ fluctus arceant, providentia eorum qui primi Byzantium muris sepserunt), monebat uti recederent, ne se ipsos improviso periculo ultro ingererent. Nicolao autem respondente, ipsis credendum potius in nautica peritia, quemadmodum ipsi, et omnes in rebus continentis ei credant, ponendasque curas supervacuas, cum ipsi perfecte norint, ubi navibus eligenda statio, eum ut fatuum plane missum fecit; Tarchaniotam vero, suarum triremium præfectum, celerrime recedere jussit, B ubi tutissime pernoctaret, ne cum stolidis illis in discrimine versaretur. Ille jussa facit, ventisque noctu repente crebrescentibus et mari surgente, parum aberat, quin Venetæ, et auxiliares fluctibus ad mœnia allisæ, omnes simul submergerentur. Quatuor certe Venetorum, et tres sociorum eversæ sunt salvis hominibus, vasis, et armis, multum in id Byzantiis ex commiseratione eos adjuvantibus. 836 Imperatoriæ vero in tuto pernoctantes, fluctus nullos sentiebant. Adeo timide et ignave dux Venetus illo tempore pugnavit, et quasi volens, atque ultro post pericula superata, victoriam hostibus prodidit, dictisque et factis suis imperatorem multa molestia et ægrimonia implevit. Post fluctus illos, et naufragium hortante imperatore, ut adhuc exspectaret, ipse ne salute quidem dicta discessit, ac C solum bello reliquit. Qui ne sic quidem auxilium desperans post sociorum recessum quadraginta diebus, eos redituros confidens, pugnam differebat. Ut porro nuntius venit, eos Ægæum superasse, justa reprehensione carituros se existimans, si sociis deserentibus palamque prodentibus pacem cum dominis maris componeret, cum Genuensibus libentissime bellum hoc ponentibus fœdus fecit. Tum demum et ipsi domum renavigarunt.

CAPUT XXXII.

Nicolaus classem in hostes reparat. Pagano succedit Antonius Grimoaldus. Hostes apud Sardinium invadit, et vincitur a Venetis. Genuenses afflicti, Mediolanensium principi se dedunt cum conditionibus. Paganus iterum classi præficitur. Vincuntur Veneti apud Methonen a Genuensibus. Pax inter Venetos et Genuenses. Paganus cum optimatibus pellitur in exsilium, ad pristinum statum reditur. Palæologus Byzantium

venit. Inde Didymotichum cum uxore, et altero filiorum abit. Eodem Irene imperatrix generum filio conciliatura mittitur. Præscribuntur conditiones.

Eodem anno Nicolaus triremibus, quæ supererant, refectis, et aliis Venetiis adjunctis, et Catalanis numero auctis, iterum ad hostes quærendos cursum instituit. Genuenses cum duce suo Paganum optime functum officio, quod ad se attinebat, et per quem potissimum stetorat, quo minus omnino perirent, in crimen vocantes, potestate exuerunt, Antoniumque Grimoaldum classi præfecerunt. Qui aliis triremibus supra priores instructis, et aliis, quibus egebat, paratis, apud Sardiniam insulam in hostes irruit : quorum virtute victus, duas ac triginta triremes amisit. Catalani tum præcipue Nicolaum incusare, quod imperatori apud Byzantium ad navale certamen cohortanti, non paruisset; ubi major eorum potentia fuisset, quando et imperatoria classis accedebat, et hostes victi nullum perfugium habuissent, expugnatique omnino nihil de cætero potuissent. **837** Genuenses tanta clade fractis animis (pecunia enim ad aliam classem ædificandam carebant : et populus annonaria difficultate conflictabatur, cum Veneti post victoriam mari dominarentur, nec frumentum subvehi paterentur : et agrum, cujus fructibus victum tolerarent, non habebant), operæ pretium censuerunt, Mediolanensium principi potentissimo (36) submittere ac subjicere sese, qui eorum inopiæ in primis posset consulere. Pecuniæ namque ditissimus erat, nec modo equestribus, sed et pedestribus copiis, quibus illi egebant, abundabat. Præterea ampla illi et fertilis regio, qua eos undecunque frugibus importandis alere poterat. Hoc decreto ei per legatos urbem tradunt. Quæ res illi pergrata accidit. Nam et ante beatum se fore judicabat, si Genuæ, utpote vicinæ, dominus fieret : sanciturnque fœdus, ut is illis et pecunia, et armis, et militibus, et quibus demum posset, contra hostes adjumento esset : ipsi eum, quoad viveret, dominum agnoscerent, nec unquam rebellarent, præfectum ab eo acciperent totaque politia commutata, ejus arbitrio regerentur. Sic

Τοῦ αὐτοῦ δὲ ἔτους Νικόλαός τε τὰς οὔσας τριήρεις ἐπισκευασάμενος, καὶ ἑτέρας προσλαβὼν ἐκ Βενετίας καὶ Κατελάνων πρὸς τοῖς οὖσι καὶ ἑτέρων ἐπιγενομένων, ὥρμητο αὖθις ἐπὶ ζήτησιν τῶν πολεμίων. Γενούας δὲ ὁ δῆμος καὶ ὁ δοὺξ, ἐν αἰτίαις ποιησάμενοι Παγανὴν τὸν στρατηγὸν, ἅριστα τόγε εἰς αὐτὸν ἧκον ἐστρατηγηκότα, καὶ μόνον αἰτιώτατον γεγενημένον τοῦ μὴ παντάπασι διαφθαρῆναι, ἀπεχειροτόνησαν. Ἀντώνιον δὲ Γριμάρδον ἐπίστησαν τῷ στόλῳ στρατηγόν. Ἐφοπλίσας δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς ταῖς οὔσαις καὶ ἑτέρας, καὶ τἆλλα ἐπισκευασάμενος ὧν ἐδεῖτο, ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ προσέβαλε τοῖς πολεμίοις· καὶ μάχης γενομένης, ἡττᾶτο καταχράτος, καὶ δύο καὶ τριάκοντα ἀπέβαλε τριήρεις. Κατελάνοι δὲ τότε μᾶλλον Νικόλαον ἐμέμψαντο, ὅτι μὴ πεισθείη βασιλεῖ ναυμαχεῖν περὶ Βυζάντιον, ὅπου πλείων τε αὐτοῖς ἡ δύναμις παρούσης καὶ τῆς βασιλικῆς, καὶ τοῖς πολεμίοις οὐδεμία ἡττηθεῖσιν ἦν ἀποφυγή· ἀλλ' ἀνάγκη ἦν παντάπασιν ἐκπολιορκηθέντας διαφθαρῆναι. Οἱ ἐν Γεννούᾳ δὲ ἀπειρηκότες πρὸς οὕτω μεγάλην ἧτταν, χρήματά τε γὰρ αὐτοῖς οὐ παρῆν πρὸς ἑτέρου στόλου παρασκευήν, καὶ ὁ δῆμος ἐπιέζετο ἐνδείᾳ πολλῇ τοῦ σίτου, τῶν ἐκ Βενετίας μὲν θαλασσοκρατούντων μετὰ τὴν νίκην, καὶ οὐκ ἐώντων σῖτον ἐκ θαλάττης ἄγεσθαι, γῆς τε οὐκ ἀρχόντες ἐξ ἧς τραφήσονται γεωργοῦντες, δεῖν ἔγνωσαν τῷ τῶν Μεδιολάνων ἄρχοντι ὑπάγειν ἑαυτοὺς καὶ καταδουλοῦν ὠφελεῖν τὰ μέγιστα δυναμένῳ. Χρημάτων τε γὰρ ἐς τὰ μάλιστα εὐπόρει, καὶ στρατιᾶς οὐχ ἱππικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πεζῆς, ἧς ἐδέοντο ἐκεῖνοι· πρὸς τούτοις δὲ καὶ χώρας ἄρχων πολλῆς καὶ ἀγαθῆς τρέφειν ἠδύνατο σῖτον πανταχόθεν ἄγων· οὕτω δὲ δόξαν διεπρεσβεύοντο πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν πόλιν παρεδίδουν. Ὁ δ' ἐδέχετο ἀσμένως. Καὶ πρότερον ποιούμενος περὶ πλείστου Γενούας δεσπότης εἶναι οὔσης ὁμόρου· καὶ ὅρκοι πρὸς ἀλλήλους ἐγίνοντο καὶ συμβάσεις, ὥστ' αὐτὸν μὲν ἐκείνοις, καὶ χρήμασι, καὶ ὅπλοις, καὶ στρατιώταις, καὶ πᾶσιν οἷς ἔχει βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· αὐτοὺς δ' ἐκεῖνον διὰ βίου παντὸς δεσπότην ἔχειν, καὶ μηδὶ

Jacobi Pontani notæ.

(36) Is fuit Joannes vicecomes, idem archiepiscopus quoque Mediolanensium. Hic, ut scribit Paulus Jovius, Ligustici belli causam secutus, captis armis, adeo Murtham, Genuensium ducem, terruit, ut, abdicato principatu, sese civitatemque ad ejus auctoritatem contulerit, et præsidium prætoremque a Joanne delectum acceperit. Sed non multo post defuncto Murtha, populus, ut semper, factiosus, et mutandis consiliis repentinus et levis, Valentem ducem creavit. Ea contumelia permotus Joannes, arma parat, et bellum indicit : qua periculi fama Ligures terrentur, vel ob id maxime quod tum mari magnis classibus cum Venetis et Catalanis contendentes, circa Sardiniam infeliciter conflixerant. Itaque supplex civitas, et opem implorans, ad pristinam fidem rediit, et Valens suscepto temere principatu se abdicare cogitur : recipiturque Genuæ Gulielmus Pallavicinus, qui reipublicæ præsit, ad id unus cum præsidio equitum et peditum a Joanne missus. Nec mora, Genuenses novam classem exornant, Joanne in eam delectos milites, pecuniam, et commeatum abunde conferente, addenteque duodecim triremes sumptu suo, suoque milite egregie instructas. Eam classem Paganus curiæ præfectus, cum viperæ insigne in vexillis præferret, cum Venetis ad Sphragiam insulam, quæ Sapientiæ nomen habet, contra Methonen usque adeo aeriter et feliciter conflixit, ut debellata hostium classe, Nicolaus Pisanus, qui Sardoo in mari cladem intulerat, cum quinque millibus Venetorum militum captus, Genuam in triumphum duceretur. Genuenses autem liberati ope Joannis se victoria potitos grato animo confitentes, novo decreto deditæ civitatis jura, quæ Joannis morte finirentur, ad Galeacium pariter, et Barnabam transtulerunt : ita ut toties Liguriæ urbes a Corvo Lunensi promontorio ad Herculis Monœci portum vicecomitum imperio subderentur. Vide præterea Petri Bizari *Genuensis Historiæ* lib. VI, haud procul a fine.

ποτε ἀγνωμονήτειν, ἄρχοντά τε δίχεσθαι τῇ πόλει παρ' ἐκείνου, καὶ τὴν πολιτείαν καθάπαξ μεταβαλόντας, ὑπ' ἐκείνου ἄγεσθαι ὅπῃ ἂν δοκῇ. Οὕτω μὲν οὖν οἱ ἐν Γενούᾳ πιεσθέντες ὑπὸ τοῦ πολέμου, πράττειν ἠναγκάσθησαν ἀγεννῆ καὶ ἀνελεύθερα, τὸν πρότερον κόμπον, καὶ τὸ φύσημα ἀποβαλόντες, καὶ Σίμωνα Μπουκανέγρα τὸν σφῶν ἄρχοντα παραλύσαντες τῆς ἀρχῆς, ἄρχοντα τῇ πόλει εἰσεδέχοντο παρὰ τοῦ τῶν Μεδιολάνων δεσπότου. Ὁ δ' ὡς οἰκείων ἤδη πρόνοιαν ποιούμενος, αἴτόν τε ἀφθόνως ἐχορήγει, καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια. Καὶ χρήματα ἐς τοῦ πολέμου τὴν παρασκευὴν καὶ ὁπλίτας, ἐκέλευέ τε αὖθις τριήρεις πληροῦν κατὰ τῶν πολεμίων. Ἐπεὶ δὲ ὁ στόλος παρεσκεύαστο, τὸν Παγανὴν ἐπέστησαν αὖθις στρατηγὸν, Ἀντωνίου πολλὴν καταγνόντες ἀπειρίαν περὶ στρατηγίας. Καὶ οἱ ἐκ Βενετίας ὡς ἐπύθοντο τοὺς πολεμίους αὖθις στόλῳ ἐπιόντας ἀντεπεξῆσαν καὶ αὐτοὶ Νικολάου στρατηγοῦντος· ἐπαρθέντες δὲ τῇ προτέρᾳ νίκῃ, καὶ τῆς Κατελάνων συμμαχίας ἀμελήσαντες, ὥσπερ καὶ πρότερον τῆς βασιλέως, κατεναυμαχήθησαν ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων πρὸς τῇ Μεθώνῃ, καὶ τὰς τε ναῦς ἁπάσας οἱ ἐκ Γενούας πλὴν ὀλίγων, καὶ τὸν στρατηγὸν αἰχμάλωτον· ὃς καὶ ἐν Γενούᾳ ἐτελεύτησε δεσμωτήριον οἰκῶν. Μετὰ δὲ τὴν πάτῃ ἐκείνοι, καὶ οἱ ἐκ Βενετίας, ἀτονοῦντες πρὸς τὸν πόλεμον, διεπρεσβεύσαντο ἀλλήλοις περὶ εἰρήνης καὶ κατέλυσαν τὸν πόλεμον, μικρᾶς ἕνεκα αἰτίας μέγαν γεγενημένον, καὶ τὰ μέγιστα ἑκατέρους βλάψαντα. Ἐπεὶ δὲ εἰρήνη ἦν, καὶ δεινὸν οὐδὲν προσεδοκᾶτο, ἀνάξιον εἶναι σφῶν ἡγούμενοι οἱ ἐν Γενούᾳ μηδὲν ἀγνωμονεῖν περὶ τοὺς εὐηργετηκότας, πρῶτα μὲν Παγανὴν τὸν στρατηγὸν λαμπρὸν γεγενημένον ἐν ταῖς στρατηγίαις ἀμφοτέραις ἐξήλασαν τῆς πόλεως, ἀειφυγίαν καταχρίναντες, καὶ σὺν ἐκείνῳ πάντας τοὺς ἀρίστους οὐδὲν ἔχοντας ἐγκαλεῖν. Ἔπειτα καὶ τοῦ Μεδιολάνων ἀφίσταντο δεσπότου, καὶ Μπουκανέγραν αὖθις τὸν Σίμωνα, ἄρχοντα τῶν πραγμάτων ἀποδείξαντες, τῶν παρ' ἐκείνου καθεστῶτα ἐξήλασαν ἀτίμως· καὶ τοῦτον τρόπον ἐκείνον τῆς πολλῆς περὶ αὐτοὺς ἠμείψαντο κηδεμονίας. Ὁ μὲν οὖν τῶν Λατίνων πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος ἐνταῦθα ἐτελεύτησε. Βασιλεὺς δὲ ὁ Παλαιολόγος, βασιλίδος τῆς μητρὸς μάλιστα ἐνεγούσης, ἦλθεν εἰς Αἶνου ἐν Θεσσαλονίκῃ τὴν μητέρα καταλιπών, ὡς ἐκεῖθεν διὰ τῆς Θράκης εἰς Βυζάντιον ἀφιξόμενος πρὸς βασιλέα τὸν κηδεστήν. Οἱ δὲ ἐν Διδυμοτείχῳ ἄρχοντες, Ἀρσένιός τε, μέγας παπίας, ὁ Ἴζαμπλάκων, καὶ πρωτοστράτωρ ὁ Ταρχανειώτης, ὑποπτεύσαντες διὰ Διδυμοτείχου βασιλέα τὸν Παλαιολόγον παρελθεῖν ἄν, οὐκ ἀνήκοοί τε τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ γεγενημένων πρὸς Κράλην τῷ βασιλεῖ συμβάσεων περὶ συμμαχίας ὄντες, καὶ ὡς κοινῇ συνέθεντο τοῖς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα πόλεμον κινεῖν ἔδεισαν, μὴ εἰσδεξάμενοι τῇ πόλει μὴ κατὰ γνώμην πράττωσι βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ πρὸς ὀργὴν διαβάσεως δοκοῦντες ἀγνωμονεῖν περὶ αὐτὸν καὶ οἷς ἐναντία πράττουσι προστίθεσθαι ἀφιστῶσιν αὐτοῦ. Καὶ πέμψαντες,

A Genuenses bello afflictati, abjecta pristina jactantia depositaque superbia, rem nec ingenuam, nec liberalem admittere compulsi sunt, et Simoni Buccanegræ duci suo abrogato magistratu, præfectum a Mediolanensium domino receperunt. Qui, ut suis jam, providens, frumenta et reliquum victum, pecuniam quoque in apparatum belli, et militem suppeditabat affatim, jubebatque denuo triremes contra hostes instrui. Parata classe, Paganum rursus ducem creant, Antonii exercitus ductandi damnata inscitia. Veneti ut hostium classem rursus adventare audierunt, contra et ipsi Nicolao duce navigant; elatique præcedente victoria, et societate Catalanorum (ut antea imperatoris) negleeta, navali certamine ab adversariis prope Methonen superati, eorumque naves paucis demptis, una cum duce a Genuensibus captæ sunt: et is postmodum Genuæ in carcere diem postremum confecit. Post hanc plagam ipsi et Veneti ad arma torpentes, inter se legatos de pace miserunt, bellumque ex parva causa tantopere auctum, et utrique parti tam detrimentosum, valere jusserunt. Pace firmata, cum nihil jam exspectaretur mali, indignum rati Genuenses, nihil sceleris contra benemeritos machinari, 839 primum quidem Paganum ducem, utraque expeditione illustratum, in perpetuum exsilium ejiciunt, et cum eo optimates omnes, cum tamen nihil esset quod eis criminis loco objicerent. Postea etiam a Mediolanensi principe deficiunt, et ab illo sibi constitutum præfectum, rursus Simonem Buccanegram reipublicæ caput designantes, cum ignominia expellunt; atque isto modo egregiam ejus pro ipsis sollicitudinem curamque compensant. Latinorum igitur inter se, et cum Romanis bellum ita desiit. Imperator autem Palæologus, impulsu matris potissimum, ea Thessalonicæ relicta, Ænum venit, inde per Thraciam Byzantium ad socerum profecturus. Qui Didymotichi erant præfecti Arsenius, magnus pappias Zamplaco, Tarchaniota protostrator, suspicati Didymoticho transiturum, memores Thessalonicæ facti ab eo cum Crale fœderis de societate, et eos bellum adversus Cantacuzenum pepigisse, communiter veriti sunt, ne si eum intromitterent, præter Cantacuzeni voluntatem ageret, eumque ad iram provocarent: ut qui a se nefarie desciscentes adversariæ factioni adhærescerent. Quamobrem interrogatum mittunt, quo pacto se erga imperatorem juniorem gerant. Respondet ille, quemadmodum se gerere deceret famulos erga dominum, et omnem ei aditum liberum concedendum, obediendumque ut imperatori, non ab ipsis modo, sed ab aliis item civitatibus universis. Itaque Æno venientem libenter acceperunt. Cum diebus paucis Didymotichi substitisset, inde Byzantium discessit: ubi cum socero imperatore, bello Latino tunc maxime fervente, diutius vixit. Cantacuzenus, haud nescius, inter Matthæum filium et generum intercedere dissidium, illum quoque accersendum, et eden-

tibus apud se ambobus, in quo alter ab altero se A ἐπανθάνοιτο ὃ χρὴ προφέρεσθαι τῷ νέῳ βασιλεῖ.
A insanabili, et de industria in rebus honestis, ipsoque etiam sole clarioribus cæcutire. Proinde cum nunc de patriarcha nominando quæratur, veterem vobis libertatem restituo. Nec tam vobis, quam Deo, cui magnæ curæ erit, qui bene Ecclesiæ præfuturus sit, vobis revelare. Postea ego quoque unum ex tribus, ut mos est, decernam. Hæc in conventu imperator dixit, qua nimirum ratione ritu veteri patriarcha eligendus esset. Cum postridie denuo convissent, et super negotio consultarent, iterum misit imperator, qui eos pridie dictorum admoneret, hortans uti agerent sedulo: se enim, quomodo apud Deum se tueretur, dum electione patriarchæ ipsis penitus cessisset invenisse, et mortalibus universis quid sentiret demonstrasse. Illi honoribee gratiis actis pro ejus erga Deum pietate, et erga ipsos reverentia, bonorumque multorum cumulum comprecati, divina sancti Spiritus gratia invocata, tres eligunt, Philotheum Heracleæ, Macarium Philadelphiæ episcopos, et privatum adhuc Nicolaum Cabasilam, electorumque nomina imperatori scripta mittunt, qui Philotheum maluit; et is non diu post legitimis omnibus servatis, patriarcha consecratus, Ecclesiam aliquandiu administravit; nam gradu suo brevi depulsus est, ut infra memorabimus. Administravit autem eximie, atque ut par fuit, cum summa lenitate, moribus, et sermone inclytus. Callistus patriarcha cum perdiu in monasterio Mamantis martyris delituisset, primum quidem Galatam confugit, ubi ad tempus inter Latinos se abdidit. Inde eorum opera Tenedum ad juniorem imperatorem pervenit, a quo perbenevole habitus est, ut qui ipsius causa tantam arumnam sibi paravisset.

860 CAPUT XXXVIII.

Matthæus cum uxore coronatur. Pergamenus Tenedius auctor defectionis insulanis, vinctus Thessalonicam mittitur. Persas Zympeu castellum obtinentes, pecunia e Thracia educit Cantacuzenus. Terræmotus maritimas Thraciæ urbes prosternit. Calamitas populorum. Barbari cum præsidio urbes occupant. Humanitas navarchi Byzantini. Sulimanus perfidus colonias in Thraciam deducit. Ejus in reparanda Callipoli studium. Mœsos vastat Cantacuzenus, ab Orchane urbes repetit. Sulimani excusatio refellitur. Patris hortatu oppida reddit. Cantacuzenus vitam monasticam parturit.

Ἐπεὶ δὲ ὁ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν θόρυβος ἐπέπαυτο, καὶ πᾶσαν εἶχε τάξιν καὶ εὐαρμοστίαν, Ματθαῖος ὁ βασιλεὺς γενόμενος ἐν Βυζαντίῳ ἅμα βασιλίδι τῇ συ-

Sedato in Ecclesia tumultu, cum omnia ordinem suum, numerumque obtinerent, Matthæus imperator una cum conjuge in templo Deiparæ in Bla-

chernis a Philotheo patriarcha et patre, more antiquo coronatus est, qui similiter pro more conjugem coronavit. Hæc Byzantii. Palæologus junior imperator erat Thessalonicæ cum matre et uxore imperatricibus, tenebatque Tenedum insulam, præfecto ibi relicto quodam Martino Italo cum Thessalonicam discederet, ubi apud eum diu diversatus est Tenedius quidam, homo opulentissimus, Pergamenus nomine, qui postea Tenedum Thessalonica fugiens, cæteris quoque insulanis persuasit, ut a junore imperatore desciscerent. Ita expulso prætore, quem ille constituerat, suis quodammodo legibus vivebant. Comperta defectione imperator junior, instructis triremibus Thessalonica in Tenedios navigat; Tenedii prompte Pergamenum tradunt, et ad fidem redeunt, quem vinctum Thessalonicam deportari, et ibi custodiri jubet, ipse cum uxore Helena in insula victitat. Porro Cantacuzenus imperator inique sustinens, in Thraciæ urbibus sedes ac domicilia Persæ habere (occuparant enim munitum quoddam oppidum Tzympen appellatum ut docuimus), vi quidem, et armis eos pellere non est aggressus, quod se tantæ multitudini Barbarorum imparem sciret, Romanis civili bello consumptis. Alia autem qualem via Romana provincia eos exigere meditatus est, missaque ad Orchanem generum legatione, rogavit, uti castellum illud sibi redderet, et Barbaros e Thracia revocaret: præter jus enim et amicitiam facere, dum in medio Romanorum solo oppidum possideret. Eo Sulimanum filium prætendente, qui id obtineret, **861** atque compensationem aliquam postularet, denâ aureorum millia imperator libenter numeraturum se spopondit. Brevi aurum misit; Persæ vicissim miserunt, qui ei oppidum proprium traderent. Rebus sic euntibus (ut sunt judicia Dei) nec opinato immanis supervenions terræmotus, vere ineunte, prima face, maritimas Thraciæ urbes propemodum omnes evertit. Non solum quippe domus supra habitatores corruentes, multos obtriverunt; sed etiam oppidorum mœnia ab imis fundamentis prostrata sunt. Populi, quos ruinæ non operuerant, videntes se neque muros collapsos facile posse instaurare neque incursantibus Barbaris fore pares, metuentesque, ne in servitute ab illis raperentur, assumptis liberis, et uxoribus, nocte illa ad proximas urbes, quas terræ concussu non concidisse arbitrabantur, contendebant. Exsistentibus vero imbribus, nivibus, et incredibili frigore, alii algore enecabantur (mulieres præsertim, et infantes), reliqui, paucis exceptis, quotquot frigore superato ad urbes integras perfugiebant, omnes a Barbaris occurrentibus intercepti sunt. Siquidem illi cognito urbium mœnia corruisse, opinati rem ipsam, aut fugientium scilicet se potituros; aut si manerent, muris prolapsis eos devicturos, diluculo in eos ibant. Ita factum, ut et fugientes caperent, et in omnibus oppidis præsidia collocarent. Calliopolis autem ma-

A ζύγῳ, κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις τῆς Θεομήτορος ναὸν ἐστέφετο κατὰ τὸ ἔθος ὑπὸ Φιλοθέου τοῦ πατριάρχου καὶ βασιλέως τοῦ πατρός· ἔστεφε δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ ἔθος τὴν γυναῖκα. Ταῦτα μὲν ἐπράττετο ἐν Βυζαντίῳ. Παλαιολόγος δὴ ὁ νέος βασιλεὺς ἦν μὲν ἐν Θεσσαλονίκῃ μετὰ τῶν βασιλίδων, τῆς μητρὸς καὶ γυναικός, εἶχε δὲ καὶ Τένεδον τὴν νῆσον ὑφ' ἑαυτὸν, ἡγεμόνα ταύτῃ καταλιπὼν Ἰταλόν τινα Μαρτῖνον ἀπαίρων εἰς Θεσσαλονίκην. Περγαμηνὸς δέ τις τῶν Τενεδίων ὁ μάλιστα δυνατώτατος ἐν Θεσσαλονίκῃ συνῆν τῷ νέῳ βασιλεῖ χρόνον οὐκ ὀλίγον, ἔπειτα ἐκεῖθεν διαδρὰς, καὶ γενόμενος ἐν τῇ Τενέδῳ, ἔπεισε καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας ἀποστῆναι τοῦ νέου βασιλέως, καὶ τὸν ὑπ' ἐκείνου σφῶν ἐπιτεταγμένον ἄρχειν ἐξελάσαντες, ὥσπερ αὐτόνομοι ἐπολιτεύοντο. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐπεὶ πύθοιτο τὴν ἀποστασίαν, τριήρεις ἐκ Θεσσαλονίκης ἐφοπλίσας, ἐπέπλευσε τοῖς Τενεδίοις. Οἱ δὲ αὖθις ἑτοίμως προσεχώρουν παραδόντες τὸν Περγαμηνὸν, ὃν εἰς Θεσσαλονίκην δεσμώτην ἔπεμψε φρουρεῖσθαι· αὐτὸς δὲ ἅμα Ἑλένῃ βασιλίδι τῇ γυναικὶ διῆγεν ἐν τῇ νήσῳ. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν δεινῷ τιθέμενος ταῖς κατὰ τὴν Θράκην πόλεσι τοὺς Πέρσας ἐγκαθιδρυμένους εἶναι (εἶχον γάρ τι φρούριον), ὥσπερ ἔφημεν ἐν Θράκῃ Τζύμπην προσαγορευόμενον, βίᾳ μὲν οὐκ ἐπεχείρει ἐξελαύνειν· ἤδει γὰρ οὐκ ἀξιόμαχος πρὸς τοσαύτην τῶν βαρβάρων δύναμιν ἐσόμενος, εἰ πόλεμον κινοίη πρὸς αὐτοὺς, τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς ὑπὸ τοῦ πρὸς ἀλλήλους πολέμου διαφθαρμένης· τρόπῳ δέ τινι ἑτέρῳ διενοεῖτο τοὺς βαρβάρους τῆς Ῥωμαίων ἐξελαύνειν· καὶ πέμψας πρεσβείαν πρὸς Ὀρχάνην τὸν γαμβρὸν, ᾔτει τὸ φρούριον ἀποδοῦναί οἱ, καὶ τῆς Θράκης τοὺς βαρβάρους ἐκβαλεῖν· οὐ γὰρ δίκαια ποιεῖν αὐτὸν οὐδὲ προσήκοντα τῇ εἰς αὐτὸν εὐνοίᾳ, ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων γῇ τὸ φρούριον κατέχοντα. Τοῦ δὲ, Σουλιμὰν τοὐνυοῦν προβαλλομένου, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τὸ φρούριον κατέχοιτο, καὶ δέοιτό τινος πρὸς τὴν ἀπόλειψιν ἀντιμισθίας, μυρίους χρυσοῦς ὁ βασιλεὺς ὑπέσχετο παρέξειν φιλοτίμως. Μετὰ μικρὸν δὲ καὶ ἔπεμπε τοῖς βαρβάροις τὸν χρυσόν· κἀκεῖνοι ἔπεμψαν τοὺς παραδώσοντας βασιλεῖ τὸ φρούριον. Ἐν τούτοις δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, οἷα τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, ἀθρόον ἐξαίσιος ἐπιγενόμενος σεισμὸς ἦρος ἀρχομένου, μάλιστα ἐν ἀρχαῖς τῆς νυκτὸς, τὰς παραλίους τῆς Θράκης πόλεις ὀλίγου δεῖν διέφθειρεν ἁπάσας. Οὐ μόνον γὰρ οἰκίαι κατέπεσον ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας, καὶ διέφθειραν πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν πόλεων τείχη ἐξ αὐτῶν χρηπίδων κατεβλήθη. Οἱ δῆμοι δὲ τῶν πόλεων ὅσοι μὴ διεφθάρησαν ὑπὸ τῶν ἐρειπίων, συνιδόντες ὡς οὔτ' ἀνορθοῦν δυνήσονται ῥᾷστα τὰ κατεβεβλημένα τῶν τειχῶν, οὔτ' ἀμύνεσθαι πρὸς τοὺς βαρβάρους ἂν ἐπίωσιν ἀξιόμαχοί εἰσι, καὶ δείσαντες μὴ ὑπ' ἐκείνων ἀνδραποδισθῶσιν ἐπελθόντων, τέκνα καὶ γυναῖκας ἀναλαβόντες, ἀνεχώρουν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὰς ἄλλας πόλεις, ὅσας μὴ καταπεπτωκέναι τῷ σεισμῷ ἐνόμιζον. Ὄμβρων δὲ ἐπικειμένων, καὶ χιόνος, καὶ ψύχους ἀμυθήτου, οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ κρυμοῦ διεφθείροντο, μάλιστα γυναῖκες καὶ βρέφη νήπια· οἱ λοιποὶ δὲ πλὴν ὀλίγων ὅσοι τοῦ τε ψύχους ἠδυνή-

ὑπῆσαν περιγενέσθαι, καὶ πρὸς τὰς ἔτι σωζομένας πόλεις καταφυγεῖν, πάντες ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἠνδραποδίσθησαν ἐπελθόντων. Ὡς γὰρ ἥσθοντο ἐκεῖνοι τὰ τείχη τῶν πόλεων καθῃρημένα, ὑποπτεύσαντες ὅπερ ἦν, ὡς ἢ κρατήσουσί, φευγόντων, ἢ τῶν τειχῶν καθῃρημένων, ἂν μένωσι περιγενήσονται, ἅμα ἕῳ ἐπεστράτευσαν, καὶ τῶν τε ἀνθρώπων ἐκράτουν φευγόντων, καὶ τὰς πόλεις ἁπάσας ἐποιήσαντο ὑπὸ φρουρᾷ. Καλλιούπολις δὲ, τῶν ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένων παραλίων κατὰ τὴν Θράκην πόλεων ἡ περιφανεστέρα, πέπτωκε μὲν καὶ αὐτὴ τῶν ἄλλων μᾶλλον· ὁ δῆμος δὲ ἅπας διεσώθη ἐν τοῖς πλοίοις, ἃ ἦσαν ἐκεῖ πολλά. Συμβὰν δὲ οὕτω καὶ ἐκ Βυζαντίου ἐπὶ Πελοπόννησον πλέουσα τριήρης, ἣν ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς, Μανουὴλ δεσπότῃ τῷ υἱῷ ὡρμίζετο ἐκεῖ τὴν νύκτα. Γενομένης δὲ ἐκείνης τῆς μεγάλης συμφορᾶς, ὁρῶν ὁ ναύαρχος τοσούτους μέλλοντας ἀπόλλυσθαι, προσέσχε τε τῇ γῇ, καὶ ἀναλαμβάνων ὅσους ἦν ὑποδέχεσθαι ἡ τριήρης δυνατὴ, ἀνέστρεφεν εἰς Βυζάντιον τῶν προκειμένων ἀμελήσας. Σουλιμὰν δὲ ὁ τοῦ Ὀρχάνη παῖς, ἐπεὶ πύθετο τὰ κατὰ Θράκην ἐν Πηγαῖς τῇ κατὰ τὴν περαίαν τοῦ Ἑλλησπόντου πόλει διατρίβων, τὰς πρὸς βασιλέα συνθήκας παρεδῶν, ἃς ἔθετο ἐπὶ τῷ Τζύμπην ἀποδιδόναι, σπουδῇ πολλῇ ἐπεραιοῦτο πρὸς τὴν Θράκην, καὶ πολλοὺς τῶν ὁμοφύλων διαβιβάσας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, κατῴκιζε τὰς πόλεις, τὰ καταβεβλημένα ἀνορθῶν. Τὴν πλείστην δὲ ἐπεδείξατο περὶ Καλλιούπολιν σπουδήν. Τά τε γὰρ τείχη ἄνωθεν ἐπεσκεύασε, καὶ προσεξειργάσατο βελτίω, ἢπερ ἦσαν, καὶ τῶν ἐπιφανῶν παρ' αὐτῷ πολλοὺς ἠνάγκασεν εἰς ἐκείνην μετοικίζεσθαι, καὶ στρατιὰν ἐγκαθίδρυσε πολλήν· καὶ τοῖς κατὰ Μυσίαν λυπηρὸς ἦν, μεγάλοις στρατοπέδοις ἐπιών, καὶ πόλεις ἐξανδραποδιζόμενος, καὶ τὴν χώραν ἅπασαν πορθῶν. Βασιλεὺς δὲ ἠνιᾶτο μὲν οὐκ ὀλίγα πρὸς τὴν συμφορὰν, ἀμύνεσθαι δὲ τοὺς ἀδικοῦντας ἀδυνάτως ἔχων, πρεσβείας συνεχεῖς ἐποιεῖτο πρὸς Ὀρχάνην τὸν γαμβρὸν, καὶ τὰς ἁρπασμένας πόλεις ἠξίου τὸν υἱὸν ἀποδιδόναι. Τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων εἶναι, ἑνὸς μὲν αὐτοῖς φρουρίου μὴ παραχωρεῖν, ἀλλ' ἐπὶ χρήμασι ῥητοῖς συνθήκας θέσθαι πρὸς αὐτοὺς ὥστε ἐκλιπεῖν· αὐτοὺς δὲ νυνὶ τοσαύτας πόλεις κατασχεῖν, πρὸς τῷ μηδὲ Τζύμπην κατὰ τὰς συνθήκας ἀποδοῦναι, καὶ ταῦτα σπονδῶν οὐσῶν καὶ βαθείας εἰρήνης πρὸς ἀλλήλους. Σουλιμὰν δὲ ἰσχυριζομένου μὴ πολέμῳ, μηδὲ βίᾳ τῶν πόλεων κεκρατηκέναι, ἀλλ' ἀοικήτους, καὶ καταβεβλημένας κατασχεῖν ἀδικεῖν αὐτοὺς τὰ ἔσχατα διετείνετο ὁ βασιλεὺς, καὶ μηδὲν εἶναι τὴν σκῆψιν πρὸς τὸν τοῦ δικαίου λόγον· διενηνοχέναι γὰρ οὐδὲν, εἰ διὰ τῶν πυλῶν εἰσῆλθε, ἢ ἄλλοθέν ποθεν· ἀλλὰ τοῦτο χρὴ σκοπεῖν, εἰ δικαίως ἐν σπονδαῖς κατασχόντες ἔχουσι. Τοιαῦτα βασιλέως πρὸς τοὺς βαρβάρους διαπρεσβευομένου, Σουλιμὰν μὲν εἶχετο τῶν πόλεων καθάπαξ, καὶ οὐδ' ἄχρις ἀκαῆς ὑπέμενεν ἀπολιπεῖν· Ὀρχάνης δὲ ὁ πατὴρ ἑαυτῷ τε συνειδὼς ἀδικοῦντι, καὶ παρασπονδοῦντι, καὶ ποιούμενος περὶ πλείστου τὸ βασιλέα θεραπεύειν, συνετίθετο μὲν αὐτίκα τὰς πόλεις ἀποδιδόναι βασιλεῖ· Σουλιμὰν δὲ τοῦ υἱοῦ δυσκαλλά-

A ritimarum Thraciæ urbium a Barbaris occupatarum illustrissima, ipsa quoque magis quam cæteræ proculsuit, populus omnis in navigiis, quæ multa illic erant, servatus est. Forte Byzantio in Peloponnesum trajiciens triremis, quam imperator despotæ filio mittebat, noctu ibi constitit. Cum autem calamitas tam miserabilis incidisset, cernens navarchus adeo multos interituros, ad littus triremem advertit, susceptisque quotquot capiebat, propositi securus, Byzantium cursum reflexit. Sulimannus Orchanis filius Pegis urbe trans Hellespontum manens, ut accepit, quod in Thracia acciderat, spreto quod de Tzympe restituenda cum imperatore pactum fecerat, in Thraciam navigare properavit, multisque suorum civium cum uxoribus et liberis

B trajectis, colonias deduxit, eversa reædificans. Sed Calliopoli plurimum laboravit. Nam et muros de integro construxit, et meliores ac validiores, quam tum erant, effecit, suorumque multos nobiles in **862** illam commigrare coegit : nec contemnendum ei præsidium addidit. Idem Mœsis intolerabilis erat, dum numerosa manu impressionem faciens, captivos ex urbibus abduceret, totamque regionem devastaret. Imperator hac calamitate tristissimus, cum ad coercendas injurias satis virium non haberet, frequenti legatione Orchanem generum appellat, petens uti Sulimannus raptas urbes restituat. Inconvenientissimum namque esse, uno castello non cessisse, nisi certam prius pecuniam pacti essent ; nunc præterquam quod Tzympen secun-

C dum conventa non reddant, etiam tot urbes in fœdere, ac prima pace sibi vendicare. Sulimano contra affirmante, non armis coegisse, sed desolatas, ac prostratas occupasse : imperator eos injustissimos pronuntiare, et quod prætexerent, ad defensionem nihil illis prodesse ; nihil enim referre, per portasne, an aliunde ingressi fuerint, sed hoc videndum, an jure et secundum fœdus eas obtineant. Imperatore sic cum Barbaris, per legatos agente, Sulimanus oppida pertinaciter retinens, de iis deferendis nec verbum audire poterat. Orchanes vero pater, injuriæ, violatique fœderis sibi conscius, et vehementer imperatori gratificari cupiens, mox urbes redditum iri respondit. Cum Sulimanus

D ægerrime, quod tenebat, ex unguibus dimitteret, Orchanes dilationem aliquantam ab imperatore petivit, se filium adducturum, ut paulo post libens oppida restituat, quod et fecit. Nam sæpe illum, ac multum hortatus, ne imperatori mœrorem afferret, non solum constanter in fœdere manenti, quod cum ipsis percussisset, nihilque injuriarum inferenti : sed et affinitatis ergo, qua cum ipso devincti essent, deinde et pecuniam ei pollicitus, eum tandem ad urbium restitutionem permovit. Quin et imperator earum causa quadraginta aureorum millia ei se daturum promisit. Metuens porro Orchanes, ne filius fidem falleret, faciundum cogitavit, ut imperatore et se in eumdem locum conventibus, in præsentia amborum Sulimanus

omnino urbes se redditurum promitteret, illicoque imperatorem ad sinum Astacenum, ut ibi congrederentur, invitavit. Qui probato consilio triremes instrui præcepit. Ob hasce causas Cantacuzenus filium Matthæum imperatorem renuntiare quodammodo coactus est. Decreverat vero, eo **863** renuntiato partem a Romano imperio demptam, illi quoad viveret, subjicere, ita ut morienti nullum relinquere successorem liceret : sed tota ad imperatorem Romanorum, sive ad Joannem generum, sive eo mortuo ad Andronicum ejus filium postliminio rediret, ipsum autem Joannem bello posito revocare, totoque Romano imperio ei cedere, seque a negotiorum turbis removere, et divinis rebus vacando, studere, cœleste numen sibi placatum, et amicum efficere. Hæc igitur post filii creationem meditabatur. Tunc autem triremibus Nicomediam venit, legatosque ad Orchanem generum, ut eodem ex condicto ob causam jam recitatam venturum misit. Qui morbum excusavit, nec posse in præsenti de lectulo surgere. Cum id graviter ferret imperator, et morbum hunc pro velamento obtendi putaret, urgeretque uti Nicomediam quod promiserat, veniret, vere in morbo se esse, nihilque simulare; juratus confirmavit : rogans veniam, et iterum promittens, post dies certos ubi convaluerit, promissa confecturum. Imperator frustratus Byzantium revertit.

κτως ἔχοντος ἔδεῖτο βασιλέως ὑπερθέσθαι τὴν ἀπόληψιν, ὡς πείσοντος αὐτοῦ τὸν υἱὸν μετὰ μικρὸν ἔχοντι τὰς πόλεις ὑποδοῦναι, ὃ καὶ ἔπραττεν ὀλίγῳ ὕστερον. Πολλὰ γὰρ πολλάκις παραινέσας, ὡς χρὴ βασιλέα μὴ λυπεῖν, οὐ μόνον βεβαίως ἐμμένοντα ταῖς πρὸς αὐτοὺς σπονδαῖς, καὶ μηδὲν ἠδικηκότα, ἀλλὰ καὶ τῆς συγγενείας ἕνεκα τῆς πρὸς αὐτούς, ἔπειτα καὶ χρήματα ἐπαγγειλάμενος παρέξειν, ἔπεισε τὰς πόλεις ὑποδοῦναι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς τῶν πόλεων ἐκείνων ἕνεκα Σουλιμὰν ἐπηγγείλατο παρέξειν μυριάδας χρυσίου τέτταρας. Δείσας δὲ, Ὀρχάνης μὴ ψευσάμενος ὁ παῖς οὐκ ἀποδῷ τὰς πόλεις βασιλεῖ, ἐσκέψατο συνελθόντας ἐν ταυτῷ βασιλέα, καὶ αὐτὸν οὕτω Σουλιμὰν δοσχέσθαι ἐπ' αὐτῶν, ὡς ἀποδώσει πάντως γε τὰς πόλεις, αὐτίκα τε ἐδήλου βασιλεῖ πρὸς τὸν Ἀσπαχηνὸν γενέσθαι κόλπον, ὡς ἐνταυθοῖ τῆς συντυχίας ἐσομένης. Δόξαν δὲ καὶ βασιλεῖ βελτίστην εἶναι τὴν βουλήν, ἐκέλευε τριήρεις ἐφοπλίζεσθαι. Ὑπὸ τοιούτων μὲν αἰτίων Ματθαῖον τὸν υἱὸν ἀποδεικνύειν βασιλέα ὥσπερ συνηλάθη Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεύς. Γνώμην δὲ εἶχε, καὶ μετὰ τὴν τοῦ υἱοῦ ἀνάρρησιν μέρος μὲν τῆς Ῥωμαίων ἀποτεμών ἡγεμονίας, ἐκείνῳ παρασχεῖν, ὥστ' ἐκείνου μόνου βασιλεύειν διὰ βίου· διάσοχον δὲ μὴ ἐξεῖναι καταλείπειν τελευτῶντα τῆς ἀρχῆς· ἀλλ' ὑπὸ τὸν ὄντα βασιλέα Ῥωμαίων αὖθις ἀναστρέφειν, ἂν τε Ἰωάννης βασιλεύῃ, ὁ γαμβρὸς περιῇ, ἄν τε Ἀνδρόνικος ὁ υἱὸς αὐτῷ· βασιλέα δὲ τὸν γαμβρὸν ἀναχαλεῖσθαι αὖθις, τὸν πρὸς ἐκεῖνον καταλύσας πόλεμον, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἁπάσης αὐτῷ παραχωρεῖν, τῶν πραγμάτων ἀποστὰς αὐτὸς, καὶ πειρᾶσθαι διὰ τῆς κατὰ τὸν βίον φιλοσοφίας ἵλεων αὐτῷ ποιεῖν τὸ θεῖον. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν ὑστέρῳ πράττειν ἐβουλεύετο· τότε δὲ ἐπεὶ ἦσαν ὡπλισμέναι αἱ τριήρεις, ἐν Νικομηδείᾳ τε ἐγένετο, καὶ πρέσβεις ἔπεμπε πρὸς Ὀρχάνην τὸν γαμβρὸν, ὡς ἀφιξόμενον καὶ αὐτὸν ἐκεῖ τῶν προκειμένων ἕνεκα. Ὁ δ' ἔφασκε νοσεῖν, καὶ ἀδυνάτως ἔχειν τὸ νῦν εἶναι ἀπανίστασθαι τῆς κλίνης. Ἀχθομένου δὲ βασιλέως, καὶ σκῆψιν οἰομένου τὴν νόσον εἶναι, καὶ καταναγκάζοντος ἐλθεῖν εἰς τὴν Νικομήδους ὥσπερ ἐπηγγείλατο, ὅρκοις ἰσχυρίζετο νοσεῖν ὡς ἀληθῶς, καὶ μηδεμίαν σκῆψιν εἶναι, μηδ' ὑπόκρισιν περὶ τὸ πρᾶγμα· ἐδεῖτό τε συγγνώμην παρασχέσθαι, καὶ ἐπηγγείλατο αὖθις, ὡς ἐν ῥηταῖς ἡμέραις ῥᾳδίως ἐκτελέσει τὰ ὑπεσχημένα. Ἐκεῖθεν μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς ἄπρακτος αὖθις εἰς Βυζάντιον ἐπανῆλθε.

Philotheus autem patriarcha, sciens quid de imperatoribus genero ac filio secum animo agitaret, orabat, uti se legati loco Tenedum ad juniorem imperatorem mitteret, pertracturum eum in sententiam soceri, et bellum compositurum. Imperator paratis triremibus, ac nullo sumptu novo ob hoc egentibus, per se in insulam proficisci, et cum genero resarcire concordiam malebat. Existimabat enim, simul ut audiret ipsum appropinquare, statim occursurum, veniamque pro commissis petiturum : cumque et ipse a pacificatione haud abhorreat, facillime rursus ad tranquillitatem rempublicam redacturum. Hoc consilio cum Matthæo filio, et uxore ejus Byzantio solvit, **864** ut illi quidem ad Ænum descenderent, inde Didy-

CAPUT XXXIX.

Cur Cantacuzenus ipse Tenedum proficisci ad generum voluerit. Aquatione prohibetur. Byzantium redit. Sulimanus duas Galatæorum urbes expugnat. Cantacuzenus ipse ad Palæologum proficiscitur, nec tamen in Tenedum venit, et re infecta redit. Orchanes et filius urbes se reddituros profitentur. Palæologus Byzantium venit, populi tumultus. Cantacuzenus rerum humanarum pertæsus, de professione monachismi agit. Pugnam cum Palæologo dissuadet, proceribus spe venturi auxilii animos facit, sed ficte. Philothei monitio, cui obsecundat imperator. Contra socerum Palæologus armatus, procedit.

Φιλόθεος δὲ ὁ πατριάρχης, εἰδὼς οἵαν γνώμην ἔχει περὶ βασιλέων, τοῦ τε γαμβροῦ καὶ τοῦ υἱοῦ, εἰς Τένεδον αὐτοῦ ἐδεῖτο πρεσβευτὴς πρὸς βασιλέα τὸν νέον ἀφικέσθαι, ὥστε τὸν πρὸς ἀλλήλους διαλῦσαι πόλεμον, πείσας βασιλέα τὸν νέον ἐλέσθαι, ἃ βουλεύοιτο βασιλεὺς ὁ κηδιστής. Βασιλεῖ δὲ ἐδόκει μᾶλλον παρεσκευασμένων τῶν τριήρεων, καὶ δαπάνης οὐδεμιᾶς διὰ τοῦτο δεομένων, αὐτὸν ἀφικέσθαι πρὸς τὴν νῆσον, καὶ διαλύειν τὴν πρὸς βασιλέα τὸν γαμβρὸν διαφοράν· ἦστο γὰρ, εἰ μόνον πείθοιτο αὐτὸν γενόμενον ἐγγὺς, αὐτίκα προσβαμεῖσθαι, καὶ συγγνώμην ἐφ' οἷς προσκέκρουκεν αἰτήσειν· προπαρεσκευασμένον δὲ ὄντα καὶ αὐτὸν πρὸς τὴν διάλυσιν, ῥᾷστα πρὸς τὴν εἰρήνην αὖθις τὰ Ῥωμαίων καταστήσειν πράγματα. Τοιαύτη μὲν ἐξέπλευσε γνώμη Βυζαντίου

ἔχων καὶ Ματθαῖον βασιλέα τὸν υἱὸν ἐν ταῖς τριήρεσιν ἅμα βασιλίδι τῇ σύζύγῳ ὡς ἂν ἐκεῖνοι μὲν ἐν Αἴνῳ ἀποβαίεν, ὡς ἐκεῖθεν εἰς Διδυμότειχον ἀφιξόμενοι, καὶ τὴν Ἀδριανοῦ, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ γαμβροῦ τράποιτο διάλυσιν. Οἷα δὲ οὐκ ἐπὶ μάχην καταπλέων, ἀλλ' εἰρήνης μᾶλλον ἕνεκα, οὐ προσέσχεν ἐπὶ Τένεδον αὐτίκα, ἀλλ' ἐπί τι νησίδιον ἀοίκητον ἐγγὺς Τενέδου Μαυρία προσαγορευόμενον, καὶ διήγαγεν ἐκεῖ τὸ λεῖπον τῆς ἡμέρας, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἄρας ἐκεῖθεν, ἐφ' ἕτερον ὥρμίζετο νησίδιον, Ἅγιον Ἀνδρέαν προσαγορευόμενον, ἐλπίζων ἀφίξεσθαι πρεσβείαν παρὰ βασιλέως τοῦ γαμβροῦ περὶ εἰρήνης. Ὡς δὲ οὐδὲν ἀπήντα κατ' ἐλπίδας (τῶν γὰρ συνόντων αὐτῷ τινες ναυάρχων δύσνως ἔχοντες, πέμψαντες πρὸς βασιλέα τὸν νέον, παρῄνουν μὴ δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, ἀλλ' αἱρεῖσθαι τὸν πόλεμον μᾶλλον, ὡς αὐτῶν συγκατεργασομένων πάντα, οὐδ' οὕτω μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν ἦκε τὴν κατὰ τὴν νῆσον), ἢ διέτριβεν ὁ βασιλεύς, ἀλλ' ἐφ' ἕτερον μέρος πρὸς τὸν Βόριον ὠνομασμένον ἐγχωρίως ποταμὸν, ὡς ὑδρευσομένων δῆθεν τῶν τριηριτῶν ἐκεῖθεν. Οἱ τῷ νέῳ δὲ βασιλεῖ συνόντες ὁπλῖται, καὶ ἱππεῖς, τῶν τριήρεων καταγομένων, ἐξιόντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἔβαλλον ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ κωλύειν ἐπειρῶντο τὴν ἀπόβασιν. Οἱ δὲ, βιασάμενοι, ἀπέβησαν, καὶ ὑδρεύσαντο ἐκεῖθεν. Ὁρῶν δὲ ὁ βασιλεὺς πρὸς οὐδὲν ὀνήσουσαν τὴν καρτερίαν (οὔτε γὰρ πολεμεῖν ᾑρεῖτο τῷ γαμβρῷ, καὶ κακοῦν τὴν νῆσον οὔτε περὶ τῆς εἰρήνης οὐδεμία ἔτι ὑπελείπετο ἐλπὶς, βασιλέως τοῦ νέου οὐ μόνον οὐ πρεσβευσαμένου, ὥσπερ ἤλπιζεν, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ἐξαγομένου πρὸς τὸ πολεμεῖν), τάχιστα ἐκεῖθεν ἀπεχώρει εἰς τὴν Αἶνον, ἔνθα Ματθαῖος ἀπέβαινεν ὁ νέος βασιλεὺς μετὰ τῆς γυναικὸς, κἀκεῖθεν ἀπεχώρει ἐπὶ Διδυμότειχον καὶ τὴν Ἀδριανοῦ. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς, τέτταρας ἡμέρας πρὸς τῇ Αἴνῳ διατρίψας, εἰς Βυζάντιον ἀνέστρεφε. Παλαιολόγος δὲ ὁ βασιλεὺς αὖθις ὑπελείπετο ἐν τῇ Τενέδῳ, καὶ ὅσα πράττειν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς ἐξῆν, ἠμέλει οὐδενός· ἔφασκε δὲ ὕστερον ἐν τῇς εἰρήνης τοῖς καιροῖς, ὡς ἐπιπλέοντος αὐτῷ βασιλέως τοῦ κηδεστοῦ, διαλεχθεῖεν μὲν κρύφα καὶ οἱ ναύαρχοι μὴ δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, μηδὲ πρεσβείαν τινὰ ποιεῖσθαι πρὸς αὐτόν· ἐκεῖνον μέν τοι μὴ τούτου ἕνεκα ἀποσχέσθαι τῆς εἰρήνης· εἰδέναι γὰρ ἐκείνους οὐ τὰ βέλτιω καὶ κοινῇ λυσιτελοῦντα συμβουλεύοντας· ἀλλ' ὅτι Ματθαῖος ὁ υἱὸς συνῆν σφόδρα ἄχθεσθαι, καὶ δυσαρεστεῖν, εἰ δύξειεν αὐτὸς ἐκείνου δεῖσθαι, καὶ αὐτομολεῖν ἐπὶ τῷ δέχεσθαι τῆς βασιλείας κοινωνὸν, ὥσπερ ἀπαγορεύσαντα πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ τὴν γνώμην ἡττημένον. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ Σουλιμὰν ὁ τοῦ Ὀρχάνη ἐπεστράτευσε Γαλάταις μεγάλῳ στρατοπέδῳ ὑπὸ τῶν ἑῴων Σκυθῶν κατεχομένοις, καὶ ἐξεπολιόρκησε κατὰ τὸ θέρος ἐκεῖνο δύο πόλεις τὰς ἐπιφανεστέρας παρ' αὐτοῖς, Ἄγκυραν, καὶ Κράτειαν. Ἐκεῖθεν δὲ ὑποστρέψας νικητὴς φθινοπώρου ἀρχομένου, πρεσβείαν ἔπεμψεν αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα, φάσκοντες ἐθέλειν αὐτῷ παραδιδόναι τὰς κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεις, ὥσπερ ἐπηγγείλαντο· ἐπ' αὐτῷ δὲ εἶναι παραλαβόντα

A motichum, et Adrianopolim abituri : ipse ad generum pacificandum porro navigaret. Perinde autem, atque si non belli, sed pacis causa susceptus esset hic cursus, non statim ad Tenedum, sed ad parvam insulam desertam juxta Tenedum, Mauriam appellatam, appulit, ac reliquum diei, et noctem insequentem ibi mansit. Postridie ad alteram insulam, similiter parvam, Sancti Andreæ vocatam, delatus, a genero legatos de pace venturos exspectabat. Ubi nihil pro spe accidit (etenim ex navarchis maligni quidam ad Palæologum mittentes, eumque a pace deterrentes, ad bellum instigabant, atque in id opem suam omnes spondebant) ne sic quidem in insulæ urbem, in qua imperator junior morabatur, sed in partem alteram Borium nominatam, ad aquationem illic e flumine faciendam perrexit. Triremibus eo provectis, pedites et equites Palæologi ad flumen procedentes, et e terra jaculantes, descensu advenas prohibere conabantur. Illi vi contra nitentes descendunt, et aquantur. Videns porro Cantacuzenus, inutilem fore patientiam (neque enim pugnare in generum, et insulam deprædari volebat, neque pacis ulla spes dabatur Palæologo non modo legatum nullum mittente, contra quam sperabatur, sed apertum etiam bellum parturiente) quam primum inde Ænum recessit, ubi Matthæus novus imperator, et uxor descendentes inde Didymotichum et Adrianopolim abierant. Cantacuzenus quatriduum Æni subsistens, Byzantium rediit, Palæologo in insula Tenedo manente, et quæ pro imperio asserendo poterat, eorum nihil omittente. Confessus est postea, pace facta, ad se navigante socero, secum clam egisse navarchos ejus, ne pacem faceret, neve quempiam legatum mitteret. Tamen non se idcirco pacem noluisse : vidisse enim illos non meliora, et in commune utilia suadere : sed quia simul advenisset Matthæus filius, id vehementer succensuisse, ægreque tulisse, quod ipse ejus indigere, ac velut bello desperato, et sententia victus ad suscipiendum imperii collegam perfugere videretur. Sub idem tempus Sulimanus Orchanis filius in Galathæos in Scythia orientali magnas copias agens, per æstatem illam duas eorum urbes insigniores, Ancyram, et Crateam expugnavit. **865** Inde victor incunte autumno reversus, ipse et pater oratores ad Cantacuzenum mittunt, Thraciæ urbes, sicut essent polliciti, velle restituere : arbitrii esse, quando libuerit, eas accipere. Imperator humanitatem istam liberali gratiarum actione, et legatos donis magnificis prosecutus, diem præfinivit, quo ipse, et qui eorum nomine urbes tradituri essent, in Thracia comparerent, ut Barbaris exactis, ipse præsidia sua induceret, et quam optime liceret, illis prospiceret : jamque ad hoc se accingebat. Interea Palæologus una, quam habebat, triremi instructa, et aliquot conquisitis, Tenedo derepente ignaris omnibus, Byzantium versus cursum instituit, et noctu in navale Heptascali pervenit. Fama

autem per urbem dicta, omnia plena turbarum, A et magnæ confusionis exstiterunt, populusque pro Palæologo decertare gestiebat: sed Cantacuzeni potentiam reformidans (putabat enim statim arma expediturum) se cohibuit, sensimque subduxit. Cantacuzenus ubi generum Byzantii esse didicit, ad conflictum, cædesque procedere prorsus noluit. Præsente autem Cydone, qui in regia erat assiduus, non solum quia imperatori charissimus, sed quia etiam privatarum rerum comes, necesse habebat ab eo nec noctu, nec interdiu, discedere, frenen imperatricem his vocibus compellavit: Siquidem antehac nobis non stetisset a negotiis, ac tumultibus recedere, et monastica veste indutos, ad futuram illam gloriam, claritatemque festinare, nihil erat in præsens tam necessarium, tamque frugiferum, quam coacto milite protinus obviam ire hostibus, ac parcere prorsus nemini, donec omnes urbe expulissemus: quod factu facillimum fuisset, quantum ex illorum infirmitate, et nostris viribus conjectare licet. Verumtamen si nobis seu vincamus, seu vincamur, his rebus valedicere necesse est, quid pugna ac cædibus opus? Et cum nihil inde emolumenti ad nos redeat nisi labes animi ob effusum sanguinem, et in omni vita acres conscientiarum stimuli (ut taceam de suppliciis hujusce modi patrantibus in futurum repositis), cur non potius imperatoris adventum occasionem omnia deserendi facimus, et salati nostræ soli inservimus? Quod si inter filium et generum restinguere bellum nequivimus, **866** sed adhuc super imperio contendunt, at certe illud videndum, si citra sanguinem ac cædem facere illud liceret, ut volebamus, quam esset opus egregium. Nunc in eam necessitatem delapsi sumus, ut aut sponte recedendum ab his rebus, aut pugna occidendi hostes, aut nobis ipsis fortasse moriendum sit. Quoniam igitur et vinci turpissimum, atque calamitosissimum, et vincere similiter infelicissimum est, cur et communi, et nobis ipsis nolimus consulere? Huic imperatoris consilio tanquam salutari, haud repugnavit imperatrix. Congregatis porro in palatio, qui Cantacuzeno favebant impensissime, non militibus modo, sed et nobilioribus non paucis, turbatum est non mediocriter, cum omnes in hostes D invadendum suaderent. Præcipue tamen Catalani mercenarii fremebant, et se in hostes immitti flagitabant: nullo quippe negotio illos urbe depulsuros. At imperator cum pugnæ copiam prorsus ut inutilem negaret, consiliumque suum militibus minime manifestandum arbitraretur (ne audaciam eorum, et studium, alacritatemque erga se non parum imminueret, ratiocinantium, ut esset verisimile, neminem eorum strenuitatem remuneraturum, si imperator imperio se abdicans, verba eis dare, et eorum impetum retardare conetur), Si contra exteros, inquiebat, nobis bellum esset, quibus quis interemptis pura frueretur, et vacua omni mœrore lætitia, nec ego quidem vobis suasissem

ἡνίκα ἂν ἐθέλῃ. Πολλὰς δὲ αὐτοῖς ὁμολογήσας χάριτας ὁ βασιλεὺς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας, καὶ τοὺς πρέσβεις δώροις φιλοτίμως ἀμειψάμενος, ἀπέπεμψε, προθεσμίαν θέμενός τινα, ἐν ᾗ αὐτόν τε ἕδει καὶ τοὺς παραδώσοντας τὰς πόλεις εἶναι πρὸς τὴν θράκην, ὥστε τῶν βαρβάρων ἐξελαυνομένων ἀντεισάγειν αὐτὸν φρουρούς, καὶ προνοεῖσθαι τῶν πόλεων, ὡς ἂν μάλιστα αὐτῷ δοκῇ, καὶ παρεσκευάζετο πρὸς τοῦτο. Ἐν τούτῳ δὲ Παλαιλόγος ὁ βασιλεὺς, τριήρη μίαν, ἥνπερ εἶχεν, ἐφοπλίσας, καὶ μονήρεις τινὰς συμπορισάμενος ἐκ Τενέδου, ἀθρόον μηδενὸς εἰδότος, ἐπέπλευσε Βυζαντίῳ, καὶ ἐγένετο νυκτὸς ἔνδον τοῦ ἐν Ἑπτασκάλῳ νεωρίου. Τῆς φήμης δὲ διαδοθείσης πρὸς τὴν πόλιν, σύγχυσις δεινὴ καὶ ἀταξία τὸ πᾶν κατεῖχε, καὶ ὁ δῆμος ὥρμητο μὲν βασιλεῖ τῷ νέῳ B συμμαχεῖν, τὴν δὲ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως διδοικότες δύναμιν (ἤλπιζον γὰρ αὐτὸν αὐτίκα χωρήσειν ἐπὶ μάχην), συνεστρέφοντο καὶ ὑπεξώρυσσον. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς ἐπεὶ πύθοιτο ἔνδον Βυζαντίου ὄντα βασιλέα τὸν γαμβρὸν, τὸ μὲν ἐπὶ μάχας χωρεῖν καὶ φόνους ἀπηγόρευε παντάπασι, παρόντος δὲ καὶ Κυδώνη, ὃς ἔνδον βασιλείων διέτριβεν ἀεὶ, οὐ μόνον διὰ τὴν εὐμένειαν ἣν πολλὴν παρὰ βασιλέως ἐκαρποῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς πράγμασι μεσάζων ἀνάγκην εἶχεν ἀεὶ συνεῖναι βασιλεῖ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν πρὸς Εἰρήνην βασιλίδα τὴν γυναῖκα εἶπεν· Εἰ μὲν μὴ πρότερον ἐδέδοκτο ἡμῖν τῶν πραγμάτων ἀναχωρεῖν καὶ τῶν θορύβων, καὶ μοναχῶν ἐνδύντας σχῆμα πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐκείνην εὐκλειαν ἐπείγεσθαι, καὶ εὐδοξίαν, οὐδὲν ἂν ἦν ἀναγκαιότερον, οὐδὲ μᾶλλον λυσιτελοῦν ἐν τῷ παρόντι, ἢ, τὴν στρατιὰν ἀναλαβόντα, χωρεῖν εὐθὺ τῶν πολεμίων, καὶ φείδεσθαι μηδενὸς, ἀλλὰ διὰ πάντων ἰέναι ἄχρις ἂν ἐξελάσαιμεν τῆς πόλεως, ὃ μάλιστα ῥᾷστα ἂν κατειργασάμεθα, ὅσον ἀπό τε τῆς ἐκείνων ἀδυναμίας, καὶ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως ἔστι στοχάζεσθαι· εἰ δὲ νικῷμέν τε ὁμοίως καὶ ἡττωμένοις τὸ τῶν πραγμάτων ἀναγκαίως πρόκειται ἀποχωρεῖν, τί δεῖ φόνων καὶ πολέμων ἡμῖν; οὐδὲν πλέον ἕξουσιν ἐκ τούτων ἢ τὰς ἐκ τῶν φόνων κηλῖδας, καὶ τοὺς διὰ βίου τοῦ συνειδότος δεινοὺς ἐλέγχους (ἐῶ γὰρ τὰς ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ τοῖς τοιαῦτα τολμῶσιν ἀποκειμένας τιμωρίας)· ἀλλὰ μὴ πρόφασιν τὴν βασιλέως θεμένους ἐπιδημίαν, πάντα καταλείπειν, καὶ μόνου γίνεσθαι τοῦ σώζεσθαι; Εἰ δὲ μὴ διαλελυκέναι τὸν πόλεμον ἠδυνήθημεν τῷ τε υἱῷ, καὶ τῷ γαμβρῷ, ἀλλ' ὑπολέλειπται αὐτοῖς ἡ ἔρις περὶ τῆς ἀρχῆς· ἀλλ' ἐκεῖνο χρὴ σκοπεῖν, ὡς, εἰ μὲν αἱμάτων χωρὶς καὶ φόνων πράττειν τοῦτ' ἐξῆν, ὥσπερ ἐβουλόμεθα, ἦν ἂν ἔργον ἄξιον εὐχῆς, νυνὶ δὲ εἰς τοιαύτην ἀνάγκην περιέστηκεν ἡμῖν τὰ πράγματα, ὥστ' ἢ ἐχόντας ὑποχωρεῖν, ἢ μαχομένους κτείνειν τοὺς πολεμίους, ἢ αὐτοὺς ἀποθνήσκειν, ἂν συμβαίη. Ὅτε τοίνυν τό τε ἡττᾶσθαι τῶν αἰσχίστων καὶ δεινῶν, καὶ τὸ νικᾶν ὁμοίως οὐδεμιᾶς ἀπολείπεται κακοπραγίας, ὅτου ἕνεκα μὴ τὸ κοινῇ τε ὁμοίως καὶ ἡμῖν αἱρησόμεθα λυσιτελοῦν; Πρὸς ταῦτα οὐδ' ἡ βασιλὶς ἀνένευεν, ἀλλὰ ἐπείθετο τῷ βασιλεῖ βουλευομένῳ τὰ βέλτιστα. Ἐν βασιλείοις δὲ

τῶν μάλιστα εὖνων βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ συνηθροισμένων, οὐ τῶν στρατιωτῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενεστέρων οὐκ ὀλίγων, θόρυβος ἦν καὶ παραχή, καὶ πάντες ἐπιέναι δεῖν τοῖς πολεμίοις συνεβούλευον. Μάλιστα δὲ ἐθορύβουν τὸ ἐκ Κατελάνων μισθοφορικὸν, καὶ ἠξίουν βασιλέα τοῖς πολεμίοις ἐπάγειν σφᾶς ὡς ῥᾳδίως ἐξελάσοντας τῆς πόλεως. Ὁ δὲ, τό τε μάχεσθαι παντάπασιν, ὡς ἀλυσιτελὲς, ἀπειρηκὼς, τῇ τε στρατιᾷ τὴν γνώμην, ἥνπερ ἔχει περὶ τῶν πραγμάτων, φανερὰν ποιεῖν μὴ προσήκειν οἰηθείς, ὑφαιρήσειν γὰρ ἂν αὐτῶν οὐκ ὀλίγον τῆς τόλμης καὶ τῆς περὶ αὐτὸν σπουδῆς καὶ προθυμίας, ὥσπερ εἰκὸς, λογισάμενος, ὡς οὐδεὶς ἀμείψεται αὐτοὺς τῆς ἀνδραγαθίας χάριν, ἂν βασιλεὺς τοῦ ἄρχειν ἀποστῇ, λόγοις παράγειν ἐπειρᾶτο, καὶ ἀμβλύνειν τὴν ὁρμήν. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς ἀλλοφύλους, ἔφασκεν, ἦν ὁ πόλεμος ἡμῖν, οἷς ἄν τις ἀποκτείνας καθαρὰν σχοίη καὶ λύπης ἀμέτοχον τὴν ἐκ τῆς νίκης ἡδονήν, οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς μέλλειν ὑμῖν, οὐδ' ἀναδύεσθαι τὴν μάχην συνεβούλευσα, ἀλλ' αὐτίκα ἐπιέναι· νικῶντές τε γὰρ ἂν ἀνδρίας καὶ τόλμης εὔκλειαν ἠράμεθα, καὶ ἀποθνήσκουσι, πάσης εὐδοξίας κατελείπετο μνημεῖον, ὥσπερ ἦν πρασσηκον ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἠγωνισμένοις· νυνὶ δὲ τὸ συγγενεῖς τε μάλιστα καὶ ὁμοφύλους εἶναι τοὺς ἀντικαθισταμένους πᾶσαν περιῄρηκεν ἡμῶν φιλοτιμίαν· ὁμοίως γὰρ καὶ ἡττώμενοι καὶ νικῶντες, πολλὴν ἐν τοῖς εἰσέπειτα προστριψόμεθα τὴν ἀδοξίαν ἑαυτοῖς. Ἀλλ' εἴ τι πείθεσθαί μοι δεῖ, πολλῶν πολέμων ἐμπείρῳ, καὶ πραγμάτων διὰ βίου παντὸς γεγενημένῳ, καὶ καλῶς εἰδότι πραγμάτων χρῆσθαι μεταβολαῖς καὶ δυσχερείαις, τούτους μὲν ἐᾷν προσήκον εἶναι καὶ μάτην κοπτομένους, καὶ ἀνήνυτα πονοῦντας, σαφῶς εἰδότας, ὡς οὐδὲν δυνήσονται πλέον ἀπώνασθαι τῆς μοχθηρίας· αὐτοὺς δὲ σωφρόνων ἐχομένους λογισμῶν, καὶ προσηκόντων ἀνδράσι ἀγαθοῖς τὴν ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων περιμένειν στρατιάν. Ὅ τε γὰρ υἱὸς ἀφίξεται τάχιστα μετὰ τῆς στρατιᾶς, πεπυσμένος τὸ συμβὰν, καὶ Νικηφόρος δεσπότης ὁ γαμβρὸς, Ἀσάνης τε ὁ σεβαστοκράτωρ, καὶ οἱ ἄλλοι ἡγεμόνες, οὓς αὐτὸς διὰ γραμμάτων μεταπέμψομαι. Ἐκείνων δὲ ἁπάντων γενομένων ἐνταυθοῖ, οὐδὲ εἰς χεῖρας τολμήσουσιν ἐλθεῖν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' οἰχήσονται, τῇ ὄψει μόνῃ καταπλαγέντες, καὶ ἀναιμωτὶ τὴν νίκην παραδώσουσιν ἡμῖν. Ταῦτα εἶπε, καὶ αὐτίκα πρός τε τὸν υἱὸν, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς Βυζάντιον ἰέναι τὴν ταχίστην γράμματα ἔπεμπεν ὑπὸ ταῖς ὄψεσιν ἁπάντων. Ἔγραφε δὲ καὶ τοῖς κατὰ τὴν Θρᾴκην ἡγεμόσι τῶν βαρβάρων κατὰ τάχος καὶ αὐτοὺς ἥκειν συμμαχήσοντας. Πάντα δὲ ταῦτα τῶν συνόντων ἕνεκα ἐπλάττετο· αὐτὸς γὰρ ἤδη παρεσκεύαστο τῶν πραγμάτων ἀποχωρεῖν, καὶ καταλείπειν τὴν ἀρχήν. Καίτοι γε εἰ καὶ τὰ μάλιστα ὥρμητο ἀντιποιεῖσθαι τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῖς ἐπιοῦσιν ἀντικαθίστασθαι, πρὸς μάχην, οὐδ' οὕτως ἂν ἐχρήσατο τῇ δυνάμει τῶν βαρβάρων. Φιλόθεος γὰρ ὁ πατριάρχης μετὰ τὸ τῶν ἱερῶν ἐπιβῆναι θρόνων, προσελθὼν καὶ διαλεχθεὶς περὶ τοῦ πράγματος, ὡς οὐκ ἂν ἀρέ-

A differre pugnam, aut respuere, sed hostem potius statim aggredi. Si enim vicissemus, fortitudinis et audentis animi gloriam retulissemus, occumbentium autem, tanquam virorum fortium, fuisset apud posteros inclyta memoria. Jam quia potissimum cognati, et cives sunt adversarii, hoc ipsum laudi nostræ obstat maxime : æque enim victi victoresque famam nostram ad posteritatem commaculabimus. Sed si qua mihi, multa qua toga, qua militia, tot annis experto, rerumque vicissitudines, et difficultates probe callenti fides habenda est, hos quidem inaniter, ac frustra fatigari, nulloque effectu laborare sinamus, sane et certo sciant nihil ex improbitate sua lucrifacturos. Nos vero quæ viros prudentes ac fortes decent cogitantes, ex aliis urbibus milites

B exspectemus. Nam et filius ubi, quod evenit, intelliget, celerrime cum agmine aderit : et Nicephorus despota gener, et Asanes sebastocrator, et alii duces, **867** quos per litteras accersam. Qui ubi omnes affuerint, nec ad manus quidem venire audentes, sed attoniti, incruentam nobis victoriam dabunt. His dictis litteras actutum ad filium, et alios in conspectu omnium dat, quibus Byzantium evocantur. Scribit item ducibus Barbarorum per Thraciam, ut et ipsi sine mora auxilio veniant. Cæterum hæc omnia propter domesticos fingebantur ; jam enim paratus erat, se imperio abdicare, et nuntium caducis mittere. Quanquam si maxime id sibi voluisset asserere, et vi hostem repellere, ne sic quidem usus esset Barbarorum subsidiis.

C Philotheus enim patriarcha, ubi sedem sacram conscendit, cum eo super hoc negotio disserens affirmavit, non placere Deo, Barbaros contra Christianos induci, et agricolas quosdam, aut etiam milites innocentes interfici, quippe a domino suo adactos, et penitus necesse habentes, jussa facessere, cum qui læserint, securissime vivant. Etenim et civilis belli tempore impellentium, et calumniantium nullo, aut paucis sui sceleris pœnas persolventibus, innumerabilis eorum multitudo, qui ad bellum conflandum nihil contulerant, periit, et postea cum Crales injurias daret, ac pejeraret, et de imperio non parvam partem abstraheret, Barba-

D ris introductis, eum auctori detrimentorum leve, aut nullum damnum rependisse : aliis autem infinitis malorum ingentium causam exstitisse, qui a Barbaris in servitutem abrepti peremptique sint. Quamobrem, quomodo a se reprehensus fuerit, meminisse, ut qui putaret, rectissime se facere, dum exteros nocumenta importantes barbaricis copiis (Romanis, quia bello civili absumptæ ad ulciscendum non sufficientibus) propulsaret, et adversus homophylos adduceret, ne ipsi eorum usi opera, se suosque perderent. Quod vero ad eos qui perierint, attinet, justa defensione carere, si ipsi aliena peccata moriendo luerint. Cumque rogaret, ne in posterum uteretur Barbaris adversum eos qui a Christo Christiani nominarentur, tametsi exteros, et injuriosissimos, sed Deo illorum pœnam

reservaret, cui non difficile foret, laedentes quamvis turgidissimos compescere, et hoc Deo in primis, deinde sibi gratificaretur, ne talibus maculis animam contaminaret, imperator obsecundavit, et posthac adversus neminem Barbarorum usurum subsidio recepit : affirmans, se quod contra tam veram, tamque justam admonitionem diceret non habere : 368 imo gratias ei magnas agere, quod se a peccato absterruisset, quæque dixisset, non secus quam a Deo ipso dicta se accipere : quæ et postmodum sollicite servabat, ac nihil promissorum sibi omittendum statuebat. Ne autem sui perturbarentur, sed confidentes facturum quæ volebant, quiescerent, donec rebus suis bene compositis, ab hujus vitæ tumultibus discederet, ideirco hæc fingebantur. Imperator junior in navali lucem exspectans, cum nullus contra foras prodiret, ac populus jam totus ad arma in Cantacuzenum concurreret, jamque domos studiosorum ejus exinaniret (Phacolati, et cognatorum ipsius præcipue, utpote qui tempore belli ad Byzantium proditione occupandum in primis navassent operam) alii armamentarium imperatorium in navali diriperent, et Palæologum exstimularent, ut in socerum eos edureret, sumptis animis palatium petiit, veniensque ad Porphyrogenneti domum, illic pernoctavit.

A

B

σκὸι Θεῷ τοῖς ὑπὸ Χριστοῦ καλουμένοις τὴν βαρβαρικὴν ἐπάγειν δύναμιν καὶ διαφθείρειν τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας γεωργούς τινας, ἢ καὶ στρατιώτας, ἀγομένους ὑπὸ τῶν σφῶν δεσπότῃ, καὶ πᾶσαν ἀνάγκην ἔχοντας τὰ κελευόμενα ποιεῖν, τῶν ἀδικούντων μάλιστα ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντων. Καὶ γὰρ κατὰ τὸν τοῦ ἐμφυλίου πολέμου χρόνον τῶν ἐλαυνόντων καὶ συκοφαντούντων οὐδενὸς ἢ ὀλίγων τῆς μοχθηρίας δίκας δόντων, τὰ μυρία πλήθη τῶν οὐδὲν εἰσεννεγμένων εἰς τὸν πόλεμον ἀπώλετο· καὶ ὕστερον Κράλη ἀδικοῦντος, καὶ ἐπιορκοῦντος, καὶ τῆς ἀρχῆς οὐκ ὀλίγον μέρος παραιρουμένου, στρατιὰν βαρβαρικὴν ἐπαγαγών, τὸν μὲν ἀδικοῦντα ἐλύπησεν ὀλίγα, ἢ οὐδέν· μυρίοις δὲ ἄλλοις αἴτιος ἐγένετο μεγάλων συμφορῶν ἐξανδραποδισθεῖσι, καὶ ἀπολομένοις ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ἐφ' οἷς καὶ αὐτὸν καταψηφιζόμενον εἰδέναι ἑαυτοῦ, ὡς τῶν μὲν ἀδικούντων ἕνεκα καὶ σφόδρα οἴεσθαι δίκαια ποιεῖν τοῖς τε ἀλλοφύλοις ἀμυνόμενον ἀδικοῦσι διὰ τῆς βαρβαρικῆς δυνάμεως, τῆς Ῥωμαίων πρὸς ἄμυναν οὐκ ἐξαρκούσης διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἐμφυλίων πολέμων διεφθάρθαι, καὶ τοῖς ὁμοφύλοις ἐπάγοντα ὅτε ἐπολέμουν, ἵνα μὴ αὐτοὶ χρησάμενοι, αὐτόν τε καὶ τοὺς συνόντας διαφθείρωσι· πρὸς δὲ τοὺς ἀπολλυμένους οὐδεμίαν ἔχειν εὔλογον ἀπολογίαν, εἰ τῆς ἑτέρων ἕνεκα ἀγνωμοσύνης δίκας ἔδοσαν αὐτοί, καὶ δεηθεὶς μηκέτι χρήσασθαι βαρβάροις κατὰ τῶν ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένων, κἂν ἀλλόφυλοι ὦσι, καὶ τὰ μέγιστα ἠδικηκότες, ἀλλ' ἐπιτρέπειν Θεῷ κατ' ἐκείνων δίκην, ᾧ ῥᾴδιον τοὺς ἀδικοῦντας κατιστέλλειν, κἂν τὰ μέγιστα φυσῶσι, καὶ ταύτην τὴν χάριν Θεῷ καταθεῖναι πρῶτον, καὶ αὐτῷ τὸ μὴ τοιαύταις κηλῖσι καταχραίνειν τὴν ψυχήν, ἐπείθετό τε ὁ βασιλεὺς καὶ ὑπέσχετο μηκέτι κατὰ μηδενὸς χρήσεσθαι βαρβάροις, φάμενος οὐδὲν ἔχειν πρὸς οὕτως ἀληθῆ, καὶ δικαίαν ἀντειπεῖν παραίνεσιν· ἀλλὰ καὶ πολλὴν αὐτῷ εἰδέναι χάριν, ὅτι τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἕνεκα πρόνοιαν αὐτοῦ ποιοῖτο, καὶ ὡς καὶ παρὰ Θεῷ ἐψηφισμένα δέχεσθαι τὰ εἰρημένα· ἃ καὶ ὕστερον ἐφύλαττεν ἀκριβῶς, καὶ οὐδὲν διενοεῖτο τῶν ἐπηγγελμένων παραβαίνειν. Τοῦ δὲ μὴ τοὺς περὶ αὐτὸν ἕνεκα θορυβεῖσθαι, ἀλλ' ἐλπίζοντάς τι δράσειν ὧν ἐβούλοντο, ἠρεμεῖν, ἄχρις ἂν αὐτὸς εὖ διάθηται τὰ κατ' αὐτὸν καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ βίου θορύβων ἀπαλλαγῇ, ἐπλάττετο τοιαῦτα. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐν τῷ νέῳ νεωρίῳ περιμείνας ἄχρις ἐπιγένηται ἡμέρα, ἐπεὶ μηδεὶς ἀντεπῄει, καὶ ὁ δῆμος ἤδη ἅπας ἐπὶ τὸν πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα πόλεμον ἐτράπετο, καὶ ὁ μὲν τὰς οἰκίας τῶν ἐκείνῳ προσεχόντων διεπόρθει, μάλιστα Φακεωλάτου, καὶ τῶν κατὰ γένος προσηκόντων, οἷα δὴ αἰτιωτάτων γενομένων τοῦ Βυζάντιον ἐκεῖνον ἐν τῷ τοῦ πολέμου χρόνῳ προδοσίᾳ κατασχεῖν, τῶν ἄλλων δὲ τὴν ἐν τῷ νεωρίῳ βασιλικὴν διαρπασάντων ὁπλοθήκην, καὶ ὁπλισαμένων, καὶ προκαλουμένων βασιλέα ἐπάγειν σφᾶς ἐπὶ τὸν κηδεστήν, ἀναθαρσήσας ἤδη καὶ αὐτὸς, ἐπὶ τὰ βασίλεια ἐχώρει καὶ ἐπὶ τὴν Πορφυρογενήτου οἰκίαν ἐλθών, ηὐλίσατο ἐκεῖ.

CAPUT XI.

Furor populi redintegratus. Philotheus patriarcha timore Palæologi se abscondit. Mittitur legatio, et pactum offertur. Juratur certis conditionibus. Descriptio propugnaculi ad portam Auream. Auxilia accersita a Cantacuzeno remittuntur. Deliberatio de bello Barbaris in Thracia inferendo. Dissuadet Cantacuzenus, nisi pecunia et externi milites, et classis etiam prius comparentur. Duplex de ejus oratione judicium. Juniorum, et imperitorum obtrectatio. Palæologus sententium celat.

Postero die plebs furioso impetu concitata, direptas pridie domos cum ipsis contignationibus disturbavit atque evertit. Postea ad palatium veniensles, cum castellium, quod dicitur, custode vacans offenderent, illud exspoliatis incolentium domibus vastarunt : irrumpentesque in palatium non simul, sed sparsim et confuse, jaculis ex intervallo certabant toto die, cadebantque nonnulli, et alii vulnerabantur ab his, qui intus latebant.

C

Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὁ δῆμος αὖθις ἀλόγῳ φερόμενος ὁρμῇ τὰς διηρπασμένας τῇ προτεραίᾳ οἰκίας κατεστρέφετο, καὶ καθῄρουν τὰς ξυλώσεις. Ἔπειτα εἰς τὰ βασίλεια ἐλθόντες τὸ λεγόμενον καστέλλιον διεπόρθησαν ἀφύλακτον εὑρόντες, καὶ διήρπασαν τῶν ἐνοικούντων τὰς οἰκίας· καὶ ἐπὶ τὰ βασίλεια ἰόντες οὐχ ἅμα πάντες, ἀλλὰ σποράδην καὶ ἀσυντάκτως ἠκροβολίζοντο ἐκ διαλειμμάτων διὰ πάσης τῆς ἡμέρας, καὶ ἔπιπτόν τινες αὐτῶν, καὶ ἐτιτρώσκοντο

βαλλόμενοι ὑπὸ τῶν ἐνδον. Οἵ τε Κατελάνοι ἐξιόντες, τούς τε μαχομένους ἀπεώσαντο, καὶ πῦρ ἐνίεσαν ταῖς πρὸ τῶν βασιλείων οἰκίαις, καὶ ἐνέπρησάν τινας. Εἰς τοῦτο δὲ στάσεως καὶ ταραχῆς ἀφιγμένων τῶν πραγμάτων, καὶ ὁ πατριάρχης Φιλόθεος δείσας τὴν ἔφοδον τοῦ δήμου, ἀπεχώρει τοῦ πατριαρχείου, καὶ κατεκρύπτετο· ὑπώπτευε γὰρ καὶ βασιλέα τὸν νέον ἀηδῶς ἔχειν πρὸς αὐτόν, οἷα δὴ Καλλίστου τῶ πατριάρχου ἐξωσθέντος ἀντεισαχθέντα, ὃς ἐδόκει πάντα πράττειν καὶ ὑφίστασθαι ὑπὲρ ἐκείνου. Τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ βασιλεὺς ὁ νέος, τὸν ἐπὶ τοῦ Κανικλείου Ἄγγελον πρὸς βασιλέα πέμψας πρεσβευτήν, πρός τε πρεσβείας ὄντα ἐπιτηδειότατον διὰ σύνεσιν καὶ παιδείαν, καὶ παρὰ βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ πολλῆς τῆς ἐυμενείας ἀπολαύοντα, διελέγετο περὶ συμβάσεων, ὥστε ἀμφοτέρους μένειν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ὅρκους θεμένους πρὸς ἀλλήλους ἀμνηστίας τῶν διαφορῶν. Καντακουζηνός τε ὁ βασιλεὺς ἐδέχετο προθύμως τὴν πρεσβείαν. Τοῦτο γὰρ καὶ μάλιστα πάντων ἐσπουδάζετο αὐτῷ, ὥστε τοῦ πρὸς ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων πολέμου παυσαμένου, τῶν πραγμάτων αὐτὸν ἀναχωρεῖν. Καὶ ἐγένοντο οἱ ὅρκοι ἐπὶ τούτοις, ὥστε βασιλέα μὲν τὸν Καντακουζηνὸν, καὶ Ἰωάννην τὸν νέον βασιλέα ἄρχειν τῶν πραγμάτων· παραχωρεῖν δὲ τὸν νέον τῶν πρωτείων ἐν πᾶσι τῷ πρεσβυτέρῳ, καὶ πᾶσαν αἰδῶ καὶ εὐπείθειαν, ὥσπερ καὶ πρότερον, αὐτῷ παρέχεσθαι. Τῶν δὲ ἐκ τῶν δημοσίων φόρων εἰσπραττομένων χρημάτων ἐτησίως, ὅσων μὲν ἂν δέοιντο πρός τε τὸ μισθοφορικὸν τῆς στρατιᾶς, καὶ τῶν τριήρεων παρασκευὴν, καὶ τὰς δεούσας ἑτέρας δημοσίας διοικήσεις, ὑπὸ τῶν πρυτάνεων ὥσπερ ἔθος ταῦτα ἀναλίσκεσθαι· ἃ δ' ἂν ὑπολίποιτο ἐπέκεινα τῆς χρείας, ταῦτα συμμερίζεσθαι τοὺς βασιλέας τῶν πρὸς τὰς οἰκίας ἕνεκα ἀναλωμάτων ἐπίσης ἑκατέρου. Τούτων δὲ οὐ δεόμενος βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς ἀπήτει τοὺς ὅρκους, ἦδει γὰρ ἀναχωρήσων τῶν πραγμάτων τάχιστα, τιμῆς δὲ μόνης ἕνεκα τοῦ μὴ νομίζεσθαι ἧττον τοῦ νέου βασιλέως ἐσχηκέναι· τοῖς τε πεπολεμηκόσι πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ ἀλλήλων μηδεμίαν εἰσπράττειν δίκην μήτε Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα, μήτε τὸν γαμβρὸν, ἀμυνομένους τῆς εἰς αὐτοὺς ἀγνωμοσύνης, μήτε ζώντων ἀμφοτέρων βασιλέων, μήτ' εἰ συμβαίη τὸν ἕτερον γενέσθαι ἐξ ἀνθρώπων· ἀλλὰ πᾶσαν ἀμνηστίαν παρέχειν τῶν τετολμημένων, καὶ μήτε προσόδων, μήτε τῶν τιμῶν ἀποστερεῖν ἃς ἔχουσι. Ματθαῖον δὲ βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν μένοντα ἐπὶ τοῦ σχήματος, τὴν Ἀδριανοῦ κατέχειν καὶ τὰς κατὰ τὴν Ῥοδόπην τοῖς Ῥωμαίοις ὑπηκόους πόλεις διὰ βίου αὐτόνομον ὄντα, καὶ ἀνεύθυνον κεκτημένον τὴν ἀρχήν· καὶ βασιλέα τὸν νέον Ἰωάννην πόλεμον μηδέποτε πρὸς ἐκεῖνον περὶ τῶν ἐνδεδομένων πόλεων κινεῖν. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἀποδοῦναι Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα τῷ νέῳ καὶ τὸ κατὰ τὴν χρυσῆν καλουμένην πύλην φρούριον, ὃ κατεῖχεν αὐτὸς φρουρᾷ Λατινικῇ, καρτερώτατον ὄν, καὶ ἀνάλωτον σχεδὸν ἐκ τῆς κατασκευῆς· ᾧ πύργοι μὲν ἦσαν δύο τῶν ἐκ τοῦ περιβόλου Βυζαντίου, ὧν μεταξὺ ἡ πρὸς τὴν πόλιν εἰσάγουσα πύλη ἦν. Οἱ πύργοι δὲ μέγιστοι μεγέθει ὄντες, οὐ κατὰ τοὺς ἄλ-

A Demum prorumpentes Catalani, pugnantes abigunt, et in ædes ante palatium igne injecto, quosdam concremant. Eo seditionis, ac tumultus re progressa, etiam Philotheus patriarcha populi in se incursum metuens, e patriarchio fugit, ac sese latebrose occultavit; nam Palæologum sibi, ut pro Callisto (qui ipsius causa fecisset, ac passus esset omnia) intruso iratum esse conjiciebat. Tertio die Palæologus præsidem Caniclei Angelum **869** legatum mittit, huic muneri qua prudentia, qua doctrina valde idoneum, et apud imperatorem Cantacuzenum vehementer gratiosum, quicum de pactis egit, nempe ut ambo imperarent, alterque alteri oblivionem hujus dissidii juraret. Cantacuzenus cum voluptate legationem excepit: quippe B qui hoc studeret ante omnia, ut sopito inter Romanos bello, ipse a rebus istis labentibus, ac terrenis se omnimodis auferret; juratumque his conditionibus, ut Cantacuzenus, et Joannes Palæologus imperio præessent; junior primas cederet seniori in omnibus, omnique eumdem veneratione, et obedientia, velut antea, coleret. De pecunia annuorum vectigalium, quantum et ad stipendia militaria, et ad trirenium apparatum, et ad reliquam imperii administrationem sufficeret, a quæstoribus numeraretur. Quod restaret, id imperatores ad domesticos sumptus ex æquo partirentur. Cantacuzenus quanquam his non egeret (cogitabat enim se propediem monachorum ordini ascribere), C tamen soliis honoris gratia, ne juniore imperatore inferior putaretur, juramentum postulabat. Uter neuter ab iis qui contra se pro altero pugnassent, injuriæ ulciscendæ pœnas reposceret, neque ambobus viventibus, neque defuncto altero: sed delictorum immemores funditus, nec redditibus eos, nec dignitatibus, quas gererent, privatum irent. Ut Matthæus Cantacuzenus cultum imperatorium, et Adrianopolim cum urbibus Rhodopes, quoad viveret, retineret, liber plane, et in ratione reddenda subjectus nemini: utque Joannes imperator propter oppida tradita nunquam ei bellum faceret. Ut Cantacuzenus imperator juniori propugnaculum portæ Aureæ restitueret, quod præsidio Latino tenebat, firmissimum sane, et ob structuram propemodum inexpugnabile: cui turres D erant binæ, ex iis quæ sunt in ambitu, seu ad mœnia Byzantii, in quarum medio per portam illam aditus in urbem patebat. Turres porro summæ magnitudinis, præter aliarum formam, et modum ædificatæ, ad perpendiculum ab initio ad cœlum minabantur, marmoribus ingentibus opera marmorariorum ad hoc præparatis ita compositæ, ut ob arctissimam conjunctionem non arenato, aliove glutinamento egerent: **870** sed mutuis duntaxat ferramentis, ut fertur, qua se contingebant, copularentur, forisque non ex pluribus, sed ex uno lapide ad hoc polito constare viderentur. Quare nec apparet, qua aggrediendæ, ac perrumpendæ sint, nec ulla machina, aut artificio instar aliorum

